

Die hellenische Kultur. Dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Poland, Richard Wagner. 2. Auflage. Mit 7 farbigen Tafeln, 2 Karten und gegen 400 Abbildungen im Text und auf 2 Doppeltafeln. [X u. 491 S.] gr. 8. 1907. geh. M. 10.—, in Leinwand geb. M. 12.—

Dem Bedürfnis nach einer zusammenfassenden Darstellung der griechischen und (in einem zweiten, in Vorbereitung befindlichen Bande) der römischen Kultur in weitem Umfang, als sie bisher vorliegt, soll dies Werk Rechnung tragen. Die Verfasser, die sämtlich im praktischen Schuldienst stehen, haben es als ihre Aufgabe angesehen, die gesicherten Ergebnisse der neueren Forschung in einer für jeden Gebildeten fälligen und lesbaren Form darzubieten, unter besonderer Berücksichtigung der Bedürfnisse und der Ergebnisse des Unterrichts in den Oberklassen unserer höheren Schulen. Dem geschriebenen Wort tritt ergänzend und weiterführend ein reichhaltiger Bilderschnitt zur Seite, der um so weniger fehlen dürfte, je lebendiger gerade das Kulturleben des Altertums uns durch seine Denkmäler veranschaulicht wird.

„Ein Buch, das, ohne mit Gelehrsamkeit zu prahlen, die wissenschaftliche Facharbeit der Verfasser beweist. Einzelne sind auch bei der Behandlung der Kunst wie der des Schrifttums und der politischen Verhältnisse, die neuesten Funde eingehend berücksichtigend. Die Darstellung ist meist knapp, aber inhaltsreich, verständlich und gefällig. Trefflich ist gleich der kurze Abschnitt über Sprache und Religion in der Künstelehre. Ganz meisterhaft scheint mir die Behandlung der Kunst. Nirgends bloße Redensarten, selten Urteile, die für den Leser in der Luft schweben, weil ihm die Anschauungen fehlen. Was zu sagen ist, wird meist an gut gewählte Beispiele angeknüpft. Neben der äußerlichen Geschichte der Kunst kommt auch die Stilentwicklung zu vollem Recht. Das staatliche Leben, besonders in Athen, wird in allen seinen Betätigungen anschaulich, und doch nicht zu ausführlich vorgeführt. Vergleiche mit späteren Verhältnissen erleichtern oft das Verständnis. Die Schilderung des religiösen Lebens hebt besonders die gewaltigeren Persönlichkeiten hervor, begnügt sich aber nicht mit bloßen Tatsachen und Urteilen, sondern führt, soweit möglich, auch Proben an oder gibt Inhaltangaben der überlieferten Werke, die auch dem mit der griechischen Literatur unbekanntem Leser ein Verständnis für die Bedeutung dieser Geistesgüter eröffnen.“ (Lehrproben und Lehrgänge.)

Charakterköpfe aus der antiken Literatur. Von Prof. Dr. Ed. Schwartz. Fünf Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. 2. Aufl. [VI u. 125 S.] gr. 8. 1906. geh. M. 2.—, in Leinwand geb. M. 2 80.

„Die Vorträge enthalten vermöge einer ganz ungewöhnlichen Einsicht in das Staats- und Geistesleben der Griechen, vermöge einer seltlichen Feinfühligkeit in der Interpretation, wie sie etwa Burkhardt besessen hat, historisch-psychologische Analysen von großem Reiz und stellenweise geradezu erhebener Wirkung. . . Die Verinnerlichung, die Schwartz auf diese Weise seinen Gestalten zu geben versteht, ist m. W. bisher nicht erreicht, und die gedankenschwere Kraft seiner Sprache tritt dabei so frei, ungesucht und einfach daher, daß man oft kaum weiß, ob die ernste Schönheit des Ausdrucks oder die Tiefe des Gedankens höhere Bewunderung verdient. . .“ (Jahresbericht über das höhere Schulwesen. 1903.)

Geschichte des hellenistischen Zeitalters. Von Julius Kaerst. I. Band: Die Grundlegung des Hellenismus. [X u. 433 S.] gr. 8. 1901. geh. M. 12.—, in Halbfranz geb. M. 14.—

„Kaerst geht nirgends einer Schwierigkeit aus dem Wege, unachtsam hat er vor seiner Entscheidung stets die Möglichkeiten erwogen. Daß sein Werk ganz angeriffen ist, zeigt mit am deutlichsten sein Maßhalten. Es ist ein gefährliches Gebiet, die Geschichte Alexanders, wo jeder leicht zeigen kann, was er nicht kann; mit dem Mute der Jugend ist Kaerst an diese Aufgabe gegangen, um in der Kraft der Mannesjahre ein zu können. Das Urteil über ein Werk, das völlig hat ausreifen können, darf einen hohen Maßstab anlegen, aber diese Geschichte Alexanders enttäuscht auch die Leser nicht, die viel erwarten in Forschung und Darstellung, nach Form und Inhalt ist sie die bedeutendste, die durchdachte seit J. G. Droysen.“ (Liter. Zentralblatt 1904 Nr. 31.)

ANTHOLOGIA GRAECA

EPIGRAMMATVM

PALATINA CVM PLANVDEA

EDIDIT

HVGO STADTMVELLER

VOLVM II PARS PRIOR

PALATINAE LIBRVM VII PLANVDEAE L. III CONTINENS



hellenische Kultur. Dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Land, Richard Wagner. 2. Auflage. Mit 7 farbigen Tafeln, Karten und gegen 400 Abbildungen im Text und auf 2 Doppelseiten. [X u. 491 S.] gr. 8. 1907. geh. M. 10.—, in Leinwand M. 12.—

„Im Bedürfnis nach einer zusammenfassenden Darstellung der griechischen und (in weitestem, in Vorbereitung befindlichen Bande) der römischen Kultur in weitestem, als sie bisher vorliegt, soll dies Werk Rechnung tragen. Die Verfasser, die im praktischen Schuldienste stehen, haben es als ihre Aufgabe angesehen, die besten Ergebnisse der neueren Forschung in einer für jeden Gelehrten und Lesbaren Form darzubieten, unter besonderer Berücksichtigung der Bedürfnisse und der Ergebnisse des Unterrichts in den Oberklassen höherer Schulen. Dem geschriebenen Wort tritt ergänzend und weiterführend häufiger Bilderschnitt zur Seite, der um so weniger fehlen durfte, je lebendiger das Kulturleben des Altertums uns durch seine Denkmäler voranschaulicht wird. Ein Buch, das, ohne von Gelehrsamkeit zu prahlen, die wissenschaftliche Tüchtigkeit besser besorgt. Überall sind auch, bei der Behandlung der Kunst wie der des Rechts und der politischen Verhältnisse, die neuesten Funde eingehend berücksichtigt. Die Darstellung ist meist knapp, aber inhaltreich, verständlich und gefällig. Besonders der kurze Abschnitt über Sprache und Religion in der Einleitung. Ganz meisterhaft ist die Behandlung der Kunst. Nirgends bloße Bedenken, selten Urteile, dem Leser in der Luft schweben, weil ihm die Anschauungen folgen. Was an Beispielen wird meist an gut gewählte Beispiele angeknüpft. Neben der äußerlichen (äußerer) der Kunst kommt auch die Stillentwicklung zu vollem Recht. Das staatliche Leben in Athen, wird in allen seinen Beziehungen anschaulich und doch nicht trocken vorgeführt. Vergleiche mit späteren Verhältnissen erleichtern oft das Verständnis. Die Schilderung des geistigen Lebens hebt besonders die gewaltigeren Persönlichkeiten hervor, bündelt sich aber nicht mit bloßen Tatsachen und Urteilen, sondern weit reichlich, auch Proben an oder gibt Inhaltsangaben der überlieferten Werke, diese mit der griechischen Literatur unbekanntem Leser ein Verständnis für die Bedeutung dieser Geistesherden eröffnen.“ (Lehrproben und Lehrgänge.)

Lehrproben aus der antiken Literatur. Von Prof. Dr. Ed. Schwartz. Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Cicero und Plato; 4. Polybios und Posidonios; 5. Cicero. 2. Aufl. 126 S.] gr. 8. 1906. geh. M. 2.—, in Leinwand geb. M. 2 60.

„Die Vorträge enthalten vermöge einer ganz ungewöhnlichen Einsicht in das Leben und Geistesleben der Griechen, vermöge einer seltlichen Feinfähigkeit in der Darstellung, wie sie etwa Burckhardt besessen hat, historisch-psychologische Analysen vom Reize und stellenweise geradezu erheblicher Wirkung. . . Die Verinnerlichung, wozu auf diese Weise seinen Gestalten zu gehen versteht, ist in W. bisher nicht und die gedankenschwere Kraft seiner Sprache tritt dabei so frei, ungesucht nach daher, daß man oft kaum weiß, ob die ernste Schönheit des Ausdrucks oder die des Gedankens höhere Bewunderung verdient.“ (Jahresbericht über das höhere Schulwesen. 1903.)

Lehrproben des hellenistischen Zeitalters. Von Julius Kaerst. Band: Die Grundlegung des Hellenismus. [X u. 433 S.] gr. 8. 1901. M. 12.—, in Halbfranz geb. M. 14.—

„Kaerst geht nirgends einer Schwierigkeit aus dem Wege, umsichtig hat er vor Entscheidung stets die Möglichkeiten erwogen. Daß sein Werk ganz unangenehm ist mit am deutlichsten sein Maßhalten. Es ist ein gefährliches Gebiet, die Geschichte Alexanders, wo jeder leicht zeigen kann, was er nicht kann; mit dem Mute der ist Kaerst an diese Aufgabe gegangen, um in der Kraft der Mannesjahre sie an das Urteil über ein Werk, das völlig hat ausreifen können, darf einen hohen anlegen, aber diese Geschichte Alexanders enttäuscht auch die Leser nicht, die warten: in Forschung und Darstellung, nach Form und Inhalt ist sie die beste, die durchdachte seit J. G. Droysen.“ (Liter. Zentralblatt 1901. Nr. 31.)

MANIBVS

ERWINI ROHDE

*Δίδο, μάκαρ, πρόβατον, δε επί τῶν κατὰ κράτος
Ψυχῆν θεοποιῶν, οὐκ ἰδέμεν Σεβίτην.*



NOTAE PRAEMISSAE

ANTHOLOGIAE PALATINAE LIBRO VII
ET PLANUDEAE LIBRO III
CVM SIGLORVM EXPLICATIONE.

A septimo libro Anthologiae Palatinae octavum seorsum exhibebit huius voluminis pars altera, Gregorii Nazianzeni syllogen, quam Constantinum suae Anthologiae inseruisse alii contendunt, rectius, opinor, alii negant. Pars prior voluminis continet librum VII Palatinae sive l. III Cephalanae Anthologiae et qui inde decerptus est Planudeae librum III. His libris cum epitymbia destinata essent, inter sepulcralia, quod constat, etiam aliena epigrammata haud pauca relata sunt ab utroque compilatore, quamquam recentioris florilegii auctor quaedam non sepulcralia ex Palatinis aut omnino praetermisit aut in alios libros recepit.

I.

Epigrammata l. VII exstant in cod. Pal. inde a pag. 207, 14 usque ad p. 326, 10; incipiunt a postrema parte quaternionis XIII (qui complectitur paginas 195—210, cf. vol. I p. IV), continuantur per septem quaterniones XIV—XX (p. 211—324, non 322; nam quaternionio XVIII duobus numeris 276 sq. praetermissis paginas 275—292 comprehendit, cf. ad p. 311, 3), ultima epp. (VII 741, 8—748) primo folio quaternionis XXI (p. 325—326, 10) continentur. Sylloge in primis foliis quattuor codicis (A^v—D^v, p. α'—ξ') exarata exhibet inter 34 epigrammata unum libri VII Palatini (307 Palladae? Σ^π n. 20, f. B^v p. γ'): cf. quae de Σ^π monui vol. I p. VI sq. quaeque ad VII 187, 1 notantur.

Codicis P(alatini) scribae in hoc volumine isdem atque in primo siglis*) indicantur: A, B, J, L, C; recentior manus (aequalis ei quae p. 86 in marg. inferiore versus Agathiae IV 3^b, 68 iteravit) supplevit versus Crinagoreum (645, 4) *κείσαι Ἰουδαίους*, adposuit eadem scripturam Planudeam *δοῦλος* pro *λυδός* in Dioscoridae ep. 178, addidit in Gessiano (683, 8) verbum, quod scribae verendum admittere dubitaverant; eadem manus titulos librorum X—XII: *Ἀρχὴ τῶν Προφητικῶν* (p. 489), *Ἀρχὴ Σκοπτικῶν* (p. 507), *Στράτωνος τοῦ Σαρδιανῶ* (p. 569) in marg. superiore adpinxit; haec quicumque in codicem intulit (cogitavi de Frid. Sylburgio), scripsit post vulgaram Aldinam alteram, ex qua epigrammatis 178, 645, 683 additamenta illa accesserunt, et aliquantum a scriba recentiore differt, qui epigrammatis Gregorii Theologi paginarum quas in Muratorii Aneidotis obtinent numeros adiunxit. — Sed de praecipuis cod. Palatini scribis A, B, L, C pauca hic addenda videntur.

A libri VII epp. scripsit exceptis duobus (tetrasticho in Homerum VII 2^b et disticho in Brotachum 254^b); primis epigrammatis 1—155 fere omnibus idem A nomina auctorum et lemmata vel plena adposuit vel agenda tantum sociis operae reliquit (ad ep. in Coroebum 154 *Ἄττα* Call. ipse A ex archetypo suo affert); ut primis sic ultimis I.VII epigrammatis (742—748 in primis pag. quaternionis XXI) A titulos adiunxit plerosque (non scripsit perversum *Πυθαγόρου* ad ep. 746). Praeterea duorum quaternionum epigrammata ea, quae primam utriusque paginam occupant,

*) Ad commodiorem editionis usum, quae in vol. I p. VII reperiuntur, partim hic repetita legentibus proponam:

- A¹ (L¹ C¹) = A (L, C) scripsit in textu;
 A m^{c-l*} = A scr. in margine exteriori, interiore, superiore;
 A^{scr. r.} = A scr. ante rasuram, ante correcturam;
 P^{scr. p.} = Palatinus exhibet post rasuram, correcturam;
 ἠὲ μᾶσι C ἦμασι A^{scr.}: litteras *uv* scr. C in erasa *η*;
 τ' οὐσ': litterae *ουσ* compendio notatae sunt in P;
 παύσασι*: una littera post *α* fin. erasa est.

ab A pleraque titulis instructa sunt (cf. ad epp. 238—244, epp. 358—365, quae exstant in P p. 243, 259 initio quaternionis XVI, XVII); lemmata ad quaedam ex his epigrammatis incohata ab A, sed non ultra primam tituli voculam (*εἰς*) ab eo producta sunt (cf. ad VII 242—244), ut, si librarius ex epigrammatum interpretatione lemmata sua finxit, insignem eius sterilitatem mentis prodant, si lemmata non ipse invenit, sed ex archetypo transcripsit, titulos exemplaris vel difficiliore lectu vel mutilos fuisse testentur. Et permessa est praeter eas quas indicavi partes in ceteris libri VII omnibus titulorum cura lemmatistae et correctori, nisi quod idem *Φίλιππον* nomen duobus insuper epigrammatis addidit A, ultimo epigrammati (405) magni fragmenti Philippi (364—405) et epigrammati 692, a quo unum ex minoribus fragmentis Phil. fortasse incipit; utriusque titulo librarii A ancipitem suum adiungit C: *Μιμνήσκον (Μνησκον?) οἱ δὲ Φιλ.* ad 405, *Ἀντιπάγον οἱ δὲ (Φιλ.)* ad 692. Pro peculiari ep. habet A tetrastichon 745, 7—10.

Bis scripsit A libri VII epigrammata septem: 35, 170, 187, 229, 231, 270, 462. Duo ex his 231 (Damageti), 229 exstant inter epp. (omnia fere in viros fortes) e compluribus syllogis sumpta 226—259, redeunt post VII 438 (Dam.) et 721 in fragmentis Meleagreis (406—506, 707—740); in priore fr. Mel. iteratur ep. 170 (post 481); ep. 270 inter promiscua in naufragos epp. (263—294) receptum revertitur in Meleagrei eiusdem argumenti (post 650); ep. amplioris fr. Meleagrei 462 in postremo fr. Mel. ante 729 sq. repetitur; ep. 187, quod iniuria, opinor, a Philippo abiudicaverunt, aptius priore loco exhibetur quam ante VII 345 (quocum iunctum est propter speciem similitudinis, cf. *ἡ γωνὴς* 187 *γῆρα* 345, p. LIII); ep. denique in Pindarum 35 iterum reperitur inter seriem Simonideam 507—516 et Callimacheam 517—525 collocatum. Praeter haec epp. distichon iterat A alterum epigrammatis 218 et primum hexametrum ep. 184, illud ita ut turbatus inde ordo versuum facile restituatur, sed hexameter repetitus pessumdedit primum versus ep. 183, cuius sententiam, non verba p. 121 redintegrare conamur.

B, qui inde ab A. P. IX 564 epigrammata titulesque eorum scribere coepit, libri VII epp. sex iteravit: 86; 683; 684 + 688, 3 sq.; 686; 688, 1 sq.; 687. Ep. 86 in Solonis statum Cephalas cum epigrammatis in philosophos e Vitis Laertii perperam inter sepuleralia recepit, B inter demonstrativa scripsit post IX 595 (ante ep. in Chilonem); ex octo Palladae epp. in Gessium (VII 681—688 petitis e sylloge Alexandrini) quinque iterat B inter *στωπικὰ* post XI 282 ita, ut et ordine et textu epigrammatum Planudeam (MII^a, I^b) potius quam priorem recensionem Palatini sequatur: cf. Finsler Krit. Unters. p. 84 et infra p. 468, 3 sqq.

L(emmatista) ab VII 156 orsus cetera libri epp. fere omnia lemmatis vel ab ipso excogitatis vel ex archetypo translatis instruxit; in priora parte tantum id egit, ut paucos ab A omissos titulos inferret, nonnullos ab A scriptos suis parvi pretii additamentis auget. Nomen auctoris raro tradit L in serie epp. 1—155, velut ad 45 *Θουκυδίδου*, ad 99 *Πλάτωνος*, ad 95 *Διογένους Λαερτίου*, ad 153 (*οὐ δὲ*) *Κλεοβούλου* (quod ex Diogene sumptum vetustiori titulo *Θωήρου* adiunxit); cf. ad ep. 5. Nec saepius in altera parte (post 155) correctoris vice suscepta indices auctorum adposuit, velut *Δαμοζώριδος* 206, *Πεύλου* (?) 307; idem nomina auctorum addidit epigrammatis 679—688, quae duobus exceptis ex Palladae sylloge sumpta sunt (et videntur in lemmatistae exemplari epp. Palladae prae ceteris notata fuisse, ut etiam notula ad ep. 339 de Palladae sylloge a lemmatista, non a correctore scripta est). Ep. 746 tribuit L (non A) Pythagorae, idem Nicareho ep. 159 (fort. Nicaeneti Samii in tibicinem Samium); ep. 362 in Aetium rhetorem (s. Aetium, cf. p. LXXVIII ad 241, 8) Philippo vindicavit L: titulus *Φιλίππου* fortasse toti fragmento Philippeo (364—405) olim praefixus errore translatus est ad ep. *ἄδισποτον*, si id ep. archetypus lemmatistae cum primo illius fragmenti epigrammate in eadem pagina scriptum exhibebat. Et simili fere errore parti alteri epigrammatis 31 nomen *Μελεάγρου* accessisse potest, si forte ultimo epigrammati particulae Meleagreae (21—31) index

coronae adiunctus fuit in archetypo, qui lemmatistae obtulit quae de coronae conditore ad 418 notavit. Nomen gentile auctoris L nonnullis epp. adposuit, *Σιδωνίου* epp. 2, 6, 8, 26, 81, 748, *Μινυληναίου* epigrammatis Alcaci Messenii (5, 55); nec Macedo Archias existit epigrammatum auctor nisi errore lemmatistae, qui ex lemmate ep. 139 (*εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα*) gentile ad titulum sequentis traduxit: nam A *Ἀρχίου* scripserat, *Μακεδόνας* adiunxit L. Ad ep. Callimacheum 89, quod e Diogenis Vitis in Cephalanam venit, scripsit L: *τοῦτο Διογένης ὁ Λαερτίου λέγει ἐν τοῖς τῶν φιλοσόφων βίαις ὡς ἴδιον*; haec nec ficta ab L nec corrigenda cum Schneidero (*ὡς Καλλιμάχου, οὐχ*) *ὡς ἴδιον* (cf. Finsler p. 153), verum invenit L verba illa in archetypo suo adscripta non ad ep. 89, sed ad praecedentia 87 et 88, quorum utrumque suum esse diserte Laertius monet: *ἔστι δὲ καὶ ἡμέτερον ἐπιγράμμα* Diog. I 63, *ἔστι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἐπίγρ. ἡμῶν* Diog. I 73; incuria lemmatistae, qui notulam illam a praecedentibus ad sequens ep. detulit, promptiorem eo habet excusationem, quod una cum aliis Laertianis (epp. sive ab ipso Diog. conditis sive ab eo traditis) carmen Callimachi in Anth. Palatina sicut in Planudea adespota fertur. Quae vero corrector addit: *πλὴν πάντα Διογένους εἶδεν τοῦ τῶν φιλοσόφων βίαις ἀναγραφαμένου*, haec falso dicta ab illo ipso corriguntur p. 222 in marg. superiore de isdem epigrammatis monente: *ἐξελέγησαν... ἐκ τῆς βιβλίου τῆς ἐπιγραφομένης βίαις φιλοσόφων*, cf. infra p. LXIII. Alia lemmatistae additamenta, e quibus mentio Nicolai Damasceni ad ep. 304, distichi XI 275 ad ep. 41, versus epigrammati 155 adscriptus (*καὶ κραναὴν ἀνέβαινε Φιλισίανος ἐρλανην*) fort. maxime memorabiles, praetermittamus hic (cf. quae collegit Finsler p. 151 sqq.), sed illud quamvis notum non omittendum, quod ad quaedam epp. L quibus in regionibus ea reperta sint indicavit; hi indices, quales a C plures, nonnulli tamen a lemmatista exarati sunt, in Cephalanam transiere e sylloge Gregorii Magistri (cf. ad epp. 327, 334, 429), qui inscriptionibus suis in urbibus Thessaliae, Graeciae, Macedoniae, Asiae collectis

eiusmodi notulas addere non neglexit; sic occurrunt ad ep. 327 *ἐν Αἰγίσσῃ* (cf. τὸν *Αἰγισαίκα* 227), ep. 338 (Persae?) *ἐν Μαρνησίᾳ*, 672 [346] *ἐν Κορίνθῳ* ab lemmatista adposita, ad ep. 334 *ἐν Κυζίῳ* (P^{pr} *ἐν Προύσῃ*? P^{ar}), 340 et 667 *ἐν Θεσσαλονίκῃ*, 330 *ἐν τῇ Δογυλάῳ*, 331 *εἰς Χάρακα?*, 332 *εἰς Ἀμμόλιαν*, 333 *εἰς Ἀζανούς*, 657 *ἐν Ἐφέσῳ* a correctore adiuncta locorum indicia. Ad certae originis fragmentum vix ullum ex his epp. referri licet (etsi particulae Meleagreae ep. 227 esse potest, 657 esse perhibetur); Cycli epigrammatis 552, 575, 558 dubium an non ex opere Gregorii, sed ab ipso Cycli auctore, cuius in matrem ep. 552 compositum est, lemmata cum regionis mentione (*ἐν Βυζαντίῳ*, *ἐν Προύσῃ*) accesserint; at illorum, quae supra indicata sunt, epigrammatum non titulos tantum, sed ipsos versus e collectis a Gregorio copiis fluxisse arbitrator; epp. dico 327—340 pleraque et ex epp. 656—677 quaedam sumpta esse ex sylloge Gregorii Mag. τοῦ *Καμπινοῦ* (v. ad ep. 334), quem inscriptionibus illis conquisitis poemata eiusmodi alia in variorum scriptorum libris epigrammatumque syllogis obvia adiunxisse non negaverim. — Lemmata ipsa, quae L scripsit, eius generis sunt, ut verba ab lemmatista ad ep. 594 adposita *ὡς τὸ ἐπιγράμμα λέγει* in argumenta eius, si non omnia, at plurima quadrent; tenendum tamen et faciliora et difficiliora epp. multa esse a lemmatista (sive ab eo, cuius interpretatione argumenta nituntur) non satis intellecta aut imperite ac negligenter reddita, nec istius incertitiae quae passim in lemmatis ab L exaratis occurrunt exempla hic afferemus, cum praesertim de hac quoque re Finslerus in criticis suis commentationibus disseruerit; nec mirum parum aptis, quos corrector toleravit, titulis etiam ineptiores fuisse illos, quos C partim emendatione mutandos partim rasura tollendos putabat; sed quas vices multorum epigrammatum tituli varia librariorum opera subierint, quoniam saepius ut pristina scriptura post rasuram s. correcturam dignosceretur contigit, satis, opinor, ex epigrammatum adnotatione apparebit. Quod vero hic lemmata ab L cumulantur, illic contra omittantur ita ut correctorem

lemmatistae munere fungi videamus, praecipua eius rei causa repetenda est ex epigrammatum quam lemmatista sequebatur divisione saepe perversa, sive falso quod unum est ep. in plura distrahebatur sive plura in unum iungebantur sive in separandis epigrammatis non sui cuique versus tribuebantur. Sic (ut alia omittam) epp. 627, 628, 577, 728 L in bina diremit binisque singula lemmatis instruxit, cum C ad 627 sq. notulam *ἔτ. εἰ ἔν ἐσσι τὸ ἐπιγράμμα* adponeret (cf. ad 606), idem epigrammatis 577 et 728 pro geminis lemmatistae titulis suum utrique restitueret (v. ad ep. 287, 470, 648, 716). Contra iunxit L epp. bina 436 (Chaeremonis?) sq., 486 sq., 490 sq., 646 sq. binisque singula lemmata adscripsit, unde accidit, ut epigrammatis 437, 487, 491, 647 tituli, quibus carebant, a C adderentur (cf. ad ep. 729, quod L ab epigrammate 462 iterum scripto non distinxit, ad epp. 505 sq. ab L contaminata); duos primos versus epigrammatis 612, quod in citharoedum, non in citharistram scriptum arbitrabatur L, epigrammati praecedenti adiunxit pravumque adposuit titulum, quem C mutavit; cf. ad ep. 655.*)

*) Corrector ipse longe abest ut eiusmodi errores satis caverit; sic ep. 625, 1 sq. cum lemmatista priori epigrammati adnexuit nec in serie Philippea, quae epp. *κατὰ στοιχεῖα* disposita habet, manifestum epigrammatis initium animadvertit; epp. 726, 679, 272, 276, 741 geminis L instruxit lemmatis; similiter C titulis suis ex uno Leonidae in Platthidem epigrammate duo eiusdem in eandem, ex uno Sophronii duo in Ioannem fecit; epp. 272 et 276 in quattuor mutantur, quorum duo Callimacho et Hegesippo, duo incertis poetis tribuuntur; Crinagoreum 741 denique dirimitur ita, ut Crinagorae in Othryadem et adespota in militem Romanum ex uno carmine oriuntur. Primum fragmenti Theocritei (658—664) ep. cum lemmatista C pessumdedit, ut pro tribus epigrammatis (657—659) duo perperam aucta in cod. exstent; alterum (hexastichum compositum ex 658, 3 sq. et 659, 1—4) perverso lemmate instruxit L, eidem indicem suum *Θεοκρίτων οἱ δὲ Ἀσπιδίων Ταρκεντίων* adscripsit corrector. Ceterum huius tituli alteram partem *Ἀσπ. Τ.* primo exaraverat C eamque ex Cephalanae exemplari suo sumpserat; supplementum tituli (per marginis spatium *Θεοκρίτων οἱ δὲ Θεοκρ.*) petivit vel ex sylloge Theocritea vel ex eo fortasse fonte, unde

Similia passim accidisse adnotatio docet nec plura exempla hic afferri oportet. Ceterum quo facilius epigrammatum ambitus a lectoribus cognosceretur, lemmatista interdum, longioribus praesertim carminibus, signum adhibuit, quo instructi versus ut partes unius eiusdemque epigrammatis notarentur: cf. ad epp. 260, 268, 273, 334, 338, 343, 345, 377, 427, ad duo epp. 327 sq. ab L in unum redacta; nec quid vellet signum lemmatista indicare omisit, qui cum versibus epigrammatis in Paterium (343) illud adpinxisset, idem verba *εἰς τὸν Πατέριον τὸ ὄλον ἕως τοῦ σημείου* versibus signatis adposuit (ut similiter L de exitu Damageti epigrammatis 735 monuit *εἰς τὴν αὐτὴν ἕως ὧδε* et seriem epigrammatum in Themistoelem finitam notavit verbis *ἕως ὧδε τὰ Θεμιστοκλέους ἐπιγράμματα* ad VII 237 additis).

Corrector (C) ad libri VII Palatini epp. pertractanda tribus deinceps usus esse videtur exemplaribus; primum erat Michaelis *Χαρτοφύλακος* s. Archivarii, ab hoc ex ipso Constantini libro descriptum teste correctore (*ἕως ὧδε τὰ τοῦ κρυοῦ Μιχαὴλ τοῦ μακαρίου περιεῖχον ἐπιγράμματα ἅπαντα ἰδιοχείρως αὐτὸς ἔγραψεν ἐν τῆς βιβλίου τοῦ Κεφαλαῖ P p. 273*, cf. infra p. 297 sq.); adhibuit C Archivarii librum usque ad p. 273, alterum Anthologiae exemplar ab ep. VII 433 ad 497, tertium usque ad extremum librum septimum. Finem primi sui codicis notavit C et illis quae modo allata sunt et his verbis: *ἕως ὧδε ἀντεβλήθη πρὸς τὸ ἀντιβόλιον* (i. e. *-βόλιον*) *τοῦ κρυοῦ Μιχαὴλ*, similiter alterius exemplaris exitum: *ἕως ὧδε ἀντεβλήθη* (ad VII 497, cf. ad p. 349, 3 sq.); quod hic scriptoris aut possessoris nomen non additur, vel ignotum correctori scribam vel ignobilem hominem fuisse colligi licet. Duo priores hi codices a C usurpati ad epp. adpositos habebant decadam numeros, qui a correctore in Palatinum translati sunt; inde ab ep. 497 de-

ep. 657 cum regionis indicio fluxisse arbitror, ex Gregorii Magistri libro, in quem fieri poterat ut etiam Theocritea quae ferebantur epigrammata reciperentur; certe particula Palatina, quae Alexandrini Leonidae ep. 660 continebat, in corona Meleagrea neququam locum habebat.

sunt litterae decadam indices, ut tertium illud correctoris exemplar iis caruisse videatur. Erant in Archivarii libro intra epp. 1—428 quadraginta tres decades litteris *ι—λ* (i. e. *υλ'*), in altero deinde codice ad epp. 438*—497 septem decades litteris *μ* (i. e. *υμ'*)—*φ* distinctae. Sequuntur hic istae litterae cum numeris epigrammatum, quibus eae a C adpositae sunt: *ι* 10, *κ* 20, *λ* 29 (accedit in computatione 23^b), *μ* 38 (dividitur in duo ep. 31), *ν* 49 (iunguntur in unum epp. 41 sq.), *ξ* 60 (tollitur ep. 53), *ο* 70, *π* 80, *ρ* 90, *σ* 101 (error ortus vid. ex continuatis in Biantem epp. 90 sq.), *φ* 111, *κ* 121, *λ* 131, *μ* 141, *ρν* 151, *ξ* 161, *ο* 171, *π* 182 (neglegitur 177), *ρ* 192, *σ* 202, *σι* 212, *κ* 220 (ep. in Laidem 218 pro tribus numeratur), *λ* 230, *μ* 240, *σν* 251 (comprehenduntur epp. 248 sq.), *ξ* 261, *ο* 271, *π* 280 (in duo distrahitur ep. 276), *ρ* 289 (in duo disperitur 287), *τ* 299, *τε* 309, *κ* 318 (fort. adnumeratur 577 epigrammatis in Timonem, cf. ad 315), *λ* 329 (coalescunt epp. 327 sq.), *μ* 339, *τυ* 348 (non praetermittitur 344^b), *τεξ* 358, *ο* 368, *π* 378, *ρ* 388, *υ* 398, *υι* 408, *υκ* 419 (non separantur, ut vid., 416 sq.), *λ* 428 (pro duobus accipitur 427); supersunt septem alterius exemplaris decades: *μ* 438* (i. e. 231 altero loco scriptum; cohaerebant ante C epp. 436 sq.), *υν* 449 (ad unum rediguntur epp. 448 sq.), *υξ* 459, *ο* 469, *π* 476 (epp. 470 et 472 pro binis computantur et accedit 472^b), *ρ* 486 (cf. ad hoc ep.), *φ* 497 (coniunguntur epp. 490 sq.). Haec etiam ob eam rem attuli, ut, si qui forte non quadrantes in margine Palatini numeros animadvertent, eos fere omnes certa causa, non temere aut oscitantis computatione ortos esse intellegent.

Notula *ὧ* (*ὧδε* s. *ἕως ὧδε*, cf. *ὧ*: *μὲ τὸν χαρτ.* P 273 in m.) alioqui ibi adscripta, unde C intermissam corrigendi operam repetiturus esset, in libro septimo dubitari non potest quin saepe adhibita sit ad signandam sedem, ubi decadis indicem adponi oporteret; velut coniunctae occurrunt vocula illa et litterae *μ* (38), *σν* (251), *ρ* (388); subiectam reperies notulam numeris *ρν* (151), *ρ* (192), *κ* (220), *μ* (240), *υ* (398), *υι* (408), proxime sequentibus superpositam litteris

σ_i (212), λ (329), ο (469), et adpinxit C ᾠδὴ ad finem ep. 506, cum post ultimum decadis indicem, si eiusmodi computatio continuaretur, littera porro ad ep. 507 adponenda esset. Nec casui puto illud tribuendum, quod per omnes deinceps paginas usque ad finem libri, ut decadam indices desunt, sic ne notula quidem ista (uno loco excepto p. 322, v. ad 725, 4) usquam recurrit. — Quomodo A titulos fere omnes in margine scripsit, paucos epigrammatum textui inseruit (velut lemma ep. in Arcesilam 104, in Alexandrum 239, in Iovis sepulcrum 746), sic corrector raro indices suos non in margine adpinxit; quamquam eos ad quattuor Cycli epigrammata in textu collocavit, ad duo Iuliani in Pyrrhonem et Pamphilum philosophos (576 et 587), ad duo Agathiae (596 et 614), quorum postremo Cycli fragmentum (551—614) finitur. Quī vero insolita titulorum sede inscriptiones proprias ab epigrammatis fictis distingui putaret, manifesto erraret; ad casum potius talia referenda esse docet vel titulus ep. 178: cum A ep. 177 uno hexametro contineri non arbitratus lineam tamquam ad supplendum distichum reliquisset, C ea non ad pentametrum addendum, sed ad titulum seq. ep. inferendum usus est. Nec illud nisi raro evenit, ut, cum eiusdem poetae epigrammatum series inciperet vel cuiusvis sylloges fragmentum aliis epp. subiceretur, primo talis particulae epigrammati titulus suus in textu praeponebatur (fragmento, quod Leonidae Alexandrini epp. 547—550 complectitur, duo tituli, alter in textu, alter in marg. adiuncti sunt).

Epigrammata ab A omissa scripsit C duo: VII 2^b et 254^b, utrumque neglectum a Planude, alterum inter epigrammata in viros fortes (226—259) argumenti dissimilitudine conspicuum, sed ut ipsum quoque Simonideum aliis quae Simonidis nomen ferunt adnexum. Distichum ab A praetermissum addidit C 241, 8 sq. itemque singulos versus 363, 4; 382, 5 (cf. etiam Aselepiadae in Archeanassam ep. 217, cuius distich. alterum sic formatum, quale Diogenes et Athenaeus a Ps. Aristippo petiverunt, C partim cum L adiunxit, cum A alteram quam Planudes recepit formam tradidisset).

Iteravit C epp. libri VII ab A scripta decem: 20; 77 et 516; 364; 450, 477, 486; 577; 455; 53, scripsitque haec omnia in ea codicis parte, cui emendationem ex Archivarii libro adhibuit, novem priora ideo, ut quae eiusdem argumenti epp. vel in eosdem scripta exstarent in Cephalaria dispersa, lectoribus iuncta proponerentur; rationem hanc similia dissipataque colligendi rarius videtur Michael in describenda Anthologia inisse, interdum satis diligenter sequebatur Planudes, ut idcirco etiam ordinem epigrammatum Palatinum hic illic permutaret. Epp. igitur in Sophoclem 20, 36 sq. C s. Michael (similiter ac Plan.) composuit; in eadem pagina (P 219) ep. 77 scripserunt A et C, sed corrector iunctum cum epigrammate sylloges Simonideae 516, quoniam duo epp. ad eandem de Simonide ac naufrago narrationem referebantur; Argentarii in locustam cicadamque ep. 364 adposuit C epigrammati 190, cum Constantinus eius generis carminibus 189—206 ex Meleagreis, Agathianis, aliunde collectis illud Philippeum addere nolisset, sed initio fragmenti Philippei reliquisset. Cum Aeschryonis in Philaenidem iambis 345 iunxit C Dioscoridae in eandem ep. 450, diserte Archivarium haec epp. ab ordine Palatini dissentientem continuasse testans (ἐν τῇ τάξει τῶν ἐπιγραμμάτων τοῦ κροῦ Μιχαὴλ οὕτως κεῖται συνημμένον μετὰ τοῦ ἱαμβικοῦ); sed utrum Archivarius an suo Marte corrector iambis illis duo alia epp., Tymnae 477 et Anytes 486, in eognomines mulieres composita, argumento tamen longe distantia adiunxerit, non diiudicem. Iuliani ep. 577 in Timonem e Cyclo petitum C adposuit Timoneis 313—320, in quibus aliud Iuliani ep. (319) inesse arbitror. Leonidae et imitatoris Antipatri in Maronidem epp. 455 et 353 iunxit C, hic etiam accuratior Planude, qui in capite epp. εἰς μεθύσους inter 353 et 455 duo alia de ebriosis epp. interposuit: exemplum correctoris Stephaniana demum secutura erat. Distichum de Hesiodi donario 53, a Cephalia itemque Planude epigrammatis in postea (in Hes. 52—55) insertum, C inter anathematica retulit et notavit ep. ab A inter sepulcralia scriptum signo suo delendi. Idem signum (cf. ad VII 53) applicavit C epigram-

mati 183: duo epp. 183 sq. cum A ab eodem versu, hexametro priore epigrammatis 184 incohaeret, C non solum versum praepostere ab A inlatum, sed duos quoque eum excipientes damnavit; etiam ad primum versum ep. 515 ab A in infima pagina scorsum a ceteris eiusdem carminis versibus scriptum obelum suum adpinxit C, cum illum versum, ne partes ep. dirimerentur, in superiore margine paginae sequentis iteraret; ad ep. 230, 1; 413, 1; 423, 1 notulam non adpinxit, etsi hi versus eodem modo atque 515, 1 ab A scripti et a C iterati sunt. Occurrit autem signum delendi et ad dist. 472^b, quo prior pars epigrammatis 472 ab altera separatur, et ad nomen *Φιλίππου Θεσσαλονικέως*, quod C ipse cum duplici insuper aucterum indice ad epp. 236 sq. adposuerat. Titulum autem *Φιλίππου* corrector ab A scriptum bis incertum reddidit (cf. ad ep. 405 et 692), eundem a se ipso exaratum his damnavit (cf. ad 236 sq. et 455). — Ad epp. septimi libri ex nono C (s. Archivarius) tria ascivit IX 447, 61, 397 adnexuitque ut idem argumentum variantia epigrammati in Demetrium VII 230, cui, ut res absolveretur, etiam VII 433, 531 adiungi poterant (recepit Plan. noni l. Pal. epp. 61, 397, 447 iuncta inter *ἐπιδεικτικά*, in l. I^a, epp. VII 230, 433 inter sepuleralia, unum omisit VII 531); ad epigrammata in Hectorem (VII 137—140) aliud in eundem noni libri non totum adposuit, sed indicavit C (v. Finsl. p. 111).

Ex iis, quae de scribae A lemmatistaeque titulis dicta sunt, correctorem apparet inde ab ep. 156 nomina auctorum paucis exceptis (v. p. VI sqq.) omnia scripsisse, lemmata quaedam ipsum addidisse, haud pauca ab L adposita mutasse; in priore parte, in qua A indices epigrammatum ex suo exemplari sumptos exaravit, ut L ita C paucos addidit titulos, velut *Ἀντιπάτρου Σιδωνίου* ad ep. 34 (cf. cod. Gotting. phil. 29 f. 2^b), *Μναςάκου* ad 54, *Ἀντιπάτρου* ad 136, *Ἰωνος* (*Ζωνῆ*?) ad 43, *Σιμύου* ad 60; *Γερῶνου* ad ep. 73 restituit ex *Γερῶνου*, unde Planudes suum *Γερῶνου* finxit; ἢ *Μεσσηνίου* adscripsit ad Alcaei ep. 55, lemmatistae additamento *Μικυληναίου* fidem derogans.

De nomine gentili aliisque additamenti auctoris indicii

modo accedentibus modo non adscriptis hic pauca monenda, plura in notis allata sunt, quaedam praefationi reservantur.

Ἄδαλον et *Ἄδδαλον* scripsit in l. VII A, *Ἄδδ.* C sine gentili *Μακεδόνας*; titulus *Ἄδδαλον Μικυληναίου* (C VII 305) errore ortus videtur ex *Ἄλασιού Μ.* (non *Ἄλαλου*); auctor libri *περὶ ἐγναλαμπούων* non vid. epp. condidisse; Macedoni non est cur abrogentur epp. 51, 240 (cf. 51, 5), 238 (A), 694 (C).

Ἀλεξάνδρου Aetoli est ep. 709, cui gentile non adscriptum; ep. 534 *Ἀίτωλῶ Ἀυτομέδοντος* tribui solet Alexandro; fortasse excidit ep. Aetoli post 533 (*Ἄιονυσίου* † *Ἀνδρόλου*), nam 534 equidem Automedontis Cyziceni quam Alexandri arte dignius arbitror.

Ἄλαλου sine additamento exstat ad ep. 247 (C); *Ἄλα. Μεσσηνίου* scripsit C ad epp. 412 et 495, *Ἄλα. Μικυληναίου* idem ad epp. 429, 536, L ad 5; nomini *Ἄλαλου* ab A scripto adiunxit *Μεσσηνίου* ad VII 1, 55 C, *Μικυληναίου* ad 55 L; haec epp. inter plures auctores frustra, opinor, dividuntur.

Ἀντιπάτρου Σιδωνίου scripsit ipse A ad epp. VII 14, 23, 29 sq., 146, 241, 745, eundem titulum C ad epp. 34, 161, 164, 165, 172, 218, 246, 303, 353, 423—425, 426 (in Teulentiam Coum, Iasensium decreto honoratum: cf. Inscr. of Cos 15), 427, 625. Titulo *Ἀντιπάτρου* ab A scripto addidit *Σιδωνίου* L ad epp. 748, 2, 6, 8, 26, 81. Ex his certe unum 625 non est Sidonii, sed Thessalonicensis; quae praeterea epp. recentiori tributa sint aut de quorum origine dubitari liceat, in adnotatione exponitur; ep. 164 fort. Archias composuit (cf. 140). *Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως* scripsit A ad VII 18, 39, C ad 168, 185, 216, 236, 286, 409, 413, 493, 530 sq., 666, *Ἀντιπ. Μακεδόνας* C ad 289. Ex his epp. 409, 413, etiam 493 in fragmento Meleagro Sidonii sunt, eiusdem vid. ep. 286 in naufragum Tyrium, quod Meleagreis epigrammatis continuatur. *Ἀντιπάτρου* titulo nudo instructa certe Sidonii sunt (ut in fragm. Meleagreis obvia) epp. 464, 467, 498, 711, 713, Thessalonicensis (ut ex fr. Philippeis petita) epp. 367, 390, 398, 402, 629, 637, 639 sq., 692?, quibus accedit 705. Antipatro (Sid.) potius quam Meleagro ep. 470 cum Planude tribuendum; ep. 369 in

Antipatrum rhetorem non Antipatrum, sed Adaeum opinor condidisse; quod ex ipsius epigrammatis colore verbisque suspicabar (cf. ad 369), probabilius videbitur, si epigrammator graphus Adaeus idem est atque rhetor Asianus, cuius Seneca in controversiis meminit. De reliquis quae supersunt Antipatorum epigrammatis (15, 27, 65, 75 A, 136, 209 sq., 232, 252, 287 sq. C, 743 A), sive in minoribus minusve certis exstant fragmentis Meleagreis aut Philippeis, sive in aliis particulis, conferenda adnotatio. Ceterum recte fort. Sidonium abstinnisse hiatu trochaico statuitur, sed incautius, opinor, iudicant qui formulam ἴδ' ὡς adhibitam pro certo aut recentioris aut alterius poetae indicio accipiunt.

Ἀντιφίλου scripsit A ad ep. 141, ubi Βυζαντίου addidit L; C gentile modo adiunxit (375, 379, 622, 630, 634), modo omisit (175 sq., 399, 641); Byzantii ingenium produnt ep. 152, 225, 279 et (in lusu postremi distichi) 336.

Antonii Thalli Milesii ep. titulo Θάλλου (VI 235) s. Θαλοῦ (VI 91) instructa sunt ab A, Μιλησίου add. ad VI 91 C, qui epigrammati IX 220 Θαλοῦ Μιλησίου, ep. VII 188 Ἀτωνίου Θάλλου, denique ep. VII 373 Θαλλοῦ Μιλησίου adposuit. Ab eodem poeta, liberto Antoniae, Germanici matris ep. 492 compositum videtur, v. p. 345 (doricæ ionicis formæ intermixtae reperiuntur in ep. 492 ut in aliis Milesii ep., cf. inprimis IX 220).

Ἀνύτης sine additamento scripsit C ad ep. 202, 490; ceteroqui vel λυρικῆς (208) vel μελοποιουῦ (215, 486, 646, 649, 724) adiunxit; perperam Tegeatidi Planudes vindicat ep. 232, 236, 189; ep. 190 (Ἀνύτης δὲ δὲ Λεωνίδου C) Leonidas Alexandrini videtur; perversum gentile Μιτυληναίας adiunxit C ep. 492 alieno ab Anyte; distichum in servum Manen 538 non poetriae est, dignius, opinor, Cratete vel Theaeteto videri potest.

Ἀρχίλου scripsit A ad 68, 140, AC ad 147; de titulo Ἀ. Μακεδόνας v. p. IX. Ἀρχ. Βυζαντίου est teste correctore ep. 278; at hoc gent. fort. spectat auctorem ep. 279 Antiphil Byz., cf. LXXVII (eiusdem Archiae vid. 278 atque 214, XVI 94; cf. 214, 7; 278, 3; 94, 3). Ἀρχ. Μιτυληναίου ser. C ad

VII 696 (cf. VI 195 de Micci tuba); nudum Ἀρχίλου nomen addidit idem C ad ep. 191, 213, 214; haec tria ep. cum 68 et 147 a Reinachio tribuuntur Antiochensi; quamquam ep. 191 (ἀ πάρος, νῦν, οἶα), 213 (πρὶν μὲν, νῦν δὲ, πάλιν in fine pent.), 214 (οὐκέτι ὡς πρὶν), si Antiochensis et Mytilenaeus distinguuntur poetae, rectius huic vindicantur: cf. 696 (οὐκέτι ὡς πάρος, πάλιν), IX 19 (Μιτυληναίου C: ὁ πρὶν, νῦν, οἶα). Ex duobus ep. 164 sq. prius Archiae, alterum Antipatro tribuerim. Ceterum si quis Archiaca l. VII omnia ad unum Archiam (Antiochensem) referri velit, additamentis Βυζ. et Μιτυλ. non patriam poetae, sed variam peregrinantis sedem indicari ratus, etsi non admodum probabilia haec videntur, tamen negari non poterit, quin diversitatem auctoris manifestam ep. illa nec sua in Cephalana sede nec oratione aut argumento prodant.

Ἀργενταρίου omisso praenomine ser. A ad 364, Μάρκον add. C, qui idem in libro VII ceteris Argentarii ep., omnibus in magno fr. Philippeo (364—405) obviis (374, 384, 395, 403), pleniorum titulum Μ. Ἀργ. adscripsit.

Αλλίου Βέσσου scripserunt AC ad ep. 243, C ad 372, Βέσσου A idem C ad 386 (cf. V 123, 6), 391; poeta Philipeus diversus vid. a Smyrnaeo (Diogeniano? v. XI 72).

Βιάνορος nomini addidit gentile A ad ep. 49, C ad ep. 396 (βυθνοῦ A, βυθνοῦ C); omissum est Βιθνοῦ a correctore ad 387 sq., ad 671 (f. a Bianore non alienum, etsi ep. ad eum dubitanter C, ad incertum auctorem refert Pl.); γραμματικοῦ adiunxit C titulo ep. 644, quod non vindicem Diodoro (ceterum cf. VI 348, 1; VII 700, 4; 627, 4; 404, 3).

Διοδώρου inseribuntur ep. 38, 40, 74 (A), 370, 624, 627, 632; Διοδώρου γραμματικοῦ 700 (701 τοῦ αὐτοῦ A.), Διοδ. Ταρσίως 235, Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ 404 (C), Ζ. Σ. τοῦ καὶ Διοδώρου 365 (A); grammatici Tarsensis ex his videntur ep. 38, 40, 370 in poetas (cf. tamen Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμηλότα cum V 121 μέλων πολλοῖσι), 74 et 235 (in Themistoclem); nec ep. in Paulam Tarentinam ab eo abiudicari (700); cetera l. VII ep. Diodorea titulis Διοδώρου, Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ non ita distincta, ut alio nomine

alius poeta indicaretur, ad Diodoros Sardianos antiquiorem et iuniorem referenda videntur; quae amici Strabonis (τοῦ νεωτέρου), quae alterius Zonae (τοῦ πρεσβυτέρου Str. p. 628) epp. sint definiri nequit, etsi in quibusdam ex illis epp. inveniuntur, quae alterius utrius propria videri possint; velut epp. VII 701, 627, 404 eidem Diodoro tribuerim, nec, si quis epp. 365, 632, 624 ab uno poeta scripta velit, obloquar. (Auctor epp. 38 et 370 quicumque fuit, non ignorasse vid. Theaeteti ep. in pugilem Pythagoram, quod exstat apud Diog. Laert. VIII 48.) Diodoreis adnumerem ep. 699.

Διονυσίου Ἀνδρόλου inscribitur ep. 533 a C: gentile *Ἀνδρόλου* incertum, ex titulo ep. 534 <Ἀλεξάνδρου> Ἀλωλοῦ fort. ortum; ep. 533 videtur eiusdem atque V 80 (sophistae, quem musicum Halicarn. fuisse non constat). *Ἀ. Ποδίου* scr. C ad ep. 716; hoc gentile in rasura exaratum finxisse potest, qui ep. in hominem Ialysium conditum esse vidit; *Ἀ. Κυζικηνῶ* inscribitur ab A ep. 78, quod eidem poetae vindicaverim atque 716. Nudo *Διονυσίου* nomine a C instructum est ep. 462; confusos inter se titulos esse epp. 461 et 462, ut prius ad Dionysium, alterum 462 (in mulierem Tyriam) ad Meleagrum referendum sit, non iam contenderim. Ep. 51 non Planudes, sed editiones Pl. Dionysio tribuunt.

Διοσκορίδου inscripsit A epp. VII 31, 37, (*Διοσκόρου*) 76; item C nudo *Διοσκορίδου* nomine cetera poetae epigrammata instruxit; soli ep. 178 gentile *Νικοπολίτου* adiunxit C, sed et hoc (cf. 178, 3 cum XII 171, 3) et adespoton 179 (v. p. LIV) idem videtur composuisse auctor, quem Alexandriae aliquamdiu vixisse putant; oriundus fortasse erat ab urbe Isso (cf. Steph. Byz. Ἴσός· πόλις — ἐν ἡ Ἀλέξανδρος Ἀρσείων ἐβλήσεν, ἢ ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις). Geminus titulus *Διοσκορ. οἱ δὲ Νικόρου* exstat ad ep. 166; ex *Νικαρέτης* nomine in ep. obvio fieri potuit ut perversum titulo additamentum accederet; nam quin ep. Dioscoridae sit vix licet dubitari nec ab eo ep. 167 (οἱ δὲ Ἐκαταίου Θεσίου) abiudicari; eidem sive Leonidae ep. 82 vindicaveris; ep. 484 Dioscoridae abrogare non ausim.

Diotimi Milesii, poetae Philippei, epp. nulla in l. VII

exstare arbitror; Meleagrei inscribuntur a C *Διοτίμου* titulo ep. 227 (quod eiusdem videtur atque XVI 158), epp. 261, 475, 733; gentile *Ἀδραμυττηνοῦ* (cf. Steph. B. s. v. Γέγραφα) in P non additur; ad ep. 420 adscripta sunt verba *Ἀθηναίου τοῦ Διοπέθους*, sed haec in rasura scripsit C et perperam, opinor, e [Plutarchi] decem orat. vit. 844 fort., ad titulum Palatinum transtulit. Utique Diotimi nomine instructa epp. Palatina ad duos, non tres poetas referenda, partim ad iuniorem Milesium, partim ad unum Meleagreum, quem Adramythenum Arati aequalem fuisse verisimile videtur. Ideo quod epigrammatis in tibicinem Lesbodem verba (420, 1) *οὐ γὰρ ἐν ᾧδε — ἀμφικάλυψ' Ἀίδης* mire congruunt cum Tymnae verbis *οὐ γὰρ ἐν ᾧδ' ᾠλετο* (729, 2), praeterea Tymnae de Micci tibia ep. anathematicum 151 reperitur, ep. 420 Tymnae potius quam Diotimi esse non contenderim. Diotimo tribuo ep. 228, non item 173; cf. ad 739.

Ἐρυνκίου titulo inscribitur ep. 36 ab A (L, C), eodem epp. 174, 368, 377 a C; *Κυζικηνῶ* addidit C ad ep. 230, *Θεσσαλοῦ* ad 397; *Κυζ.* verum esse gentile testatur ep. 368 in mulierem Atticam, quae Cyzici obiit ibique sepulta est, scriptum; epigrammatum quae sese excipiunt (397 sq.) tituli prisca: *Ἐρ. et Ἀντ. Θεσσαλονικέως* poterant ita depravari, ut mutilatum gentile alterius *Θεσσαλοῦ* ad indicem prioris transferretur (cf. p. XVIII ad epp. 278 sq.), nisi emigrasse ex altera in alteram regionem Erycium statuere mavis; sed ut gentile utrumque recte se habeat, certe non duos Erycicos cognomines epigrammatum scriptores discernere licet.

Scripturam nominis Gaetulici variabant libri VII scribae ita, ut ab A *γατουλιχον* (ep. 71 Pst), *γατουλίκον* (244), a C *γατουλι* (ep. 71), *γατούλλον* (275), *γατουλλίχον* (354) exararetur. (Planudis autographon *γαττον* 244, *γέτουλιον* 245, *γέτουλίκον* 275, *γατουλλίον* 354 exhibet.) Ep. 245 a C τοῦ αὐτοῦ inscribitur: non Gaetulici est ep., quod mihi composuisse vid. Chaeremon, cf. p. LI. Si ut Gaetulicus recte, ita Honestus perverse adnumerantur poetis a Diogeniano receptis, fragmentum Anthologii Diogeniani nec epigrammatis 274 sq. continetur nec ullum omnino in l. VII reperietur.

Γλαύκου Νικοπολίτου scripsit C ad ep. 285, eiusdem videntur epp. IX 341 et XII 44 (cf. τὰ παλῖνα δ' οὐδὲν ἐκεῖνα 44, 3 et τὰ δ' ὅσῃ ποῦ ποῦ ἐκείνου 285, 3; ἐκόλαψ' ἐπέειν? 341, 4 et γρωσῆ μόναις ἐπέειν 285, 4). Atheniensi Glaucō tribuuntur IX 774 sq. epp. in Bacchae statuam composita; etiam ep. XVI 111 (ipsum quoque de artis opere, imagine Philoctetae scriptum) ad Atheniensem potius quam ad Nicopolitanum rettuleris (cf. 111, 5 et 774, 3).

Ἡρακλίδου inseripsit C ep. 281, gentile Σινωπέως add. ad ep. 392. Ἡρακλήτου pro Ἡρακλίδου omisso gentili scr. ad ep. 465 (ubi P^M perverse Ἡρακλίδου exhibet). Heraclidae Sinopensis, poetae Philippi, est in fragmento Phil. ep. 392; Heraclitus poeta Meleagreuus, Callimachi amicus Halicarnassensis (VII 80, 4), composuit ep. 465, quod Antipater Sid. imitatur, et fort. (quod cum poetae dialecto congruit) ep. 281, ut Isidorus imitator Heracliti, non inventor argumenti epp. 280 sq. existimandus sit.

Titulus ep. 43 Ἴωνος non ab A, sed a C exaratus caret gentili, errore, ut videtur, ortus scribae, qui nomina Ἴωνος et Ζωνᾶ fort. permutavit.

Poetae Philippi Ἰσιδώρου nomini gentile Αἰγιάτου ubique (156, 280, 293, 532) adinxit C. Cycli poetae Βολβοθιώτου (VI 58) inter sepulchralia nullum ep. exstat.

Iuliani epp. instruxit A tam in l. VII (32, 58, 69) quam in l. V et VI titulo Ἰουλιανῶ ἀπὸ ἐπάροχων Αἰγυπτίου; corrector adposuit Ἰουλ. Αἰγ. epigrammatis 580 sq., 584, 590, 594; Ἰουλ. ἀπὸ ἐπάροχων idem C epigrammatis 565, 576, denique idem Ἰουλ. ἀπὸ ἐπάροχων Αἰγυπτίου epp. 561 sq., 603, 605; ad nullum Iulianum ep. l. VII scripsit C ἀπὸ ἐπάροχων. Itaque in titulo ep. 597 a C scripto apparet compendio ἀπὸ ὕ significari ἀπὸ ἐπάροχων, contra ἀπὸ ἐπάροχων dici in titulo ep. 69. Planudes non ἀπὸ ἐπάροχων praebet, sed variante indice modo Ἰουλιανῶ modo Ἰουλ. Αἰγυπτίου, etiam Ἰουλ. ἀπὸ ἐπάροχων, denique (cum A) Ἰουλ. ἀπὸ ἐπάροχ. Αἰγ. exaravit. Iuliani epigrammatum sylloge et Agathiae et Cephalae temporibus exstabat, eamque

adhuc uterque, unde factum, ut Iuliani epp. non solum in Cycli fragmentis Palatinis insint, sed aliis etiam partibus Anthologiae Cephalanae inserta reperiantur; sic epigrammatis 356 sq., 360 sq. series Iulianea effici videtur et altera eiusdem sylloges particula contineri epigrammatis 308 (307?)—310.

Ἀεωνίδου < s. λεωνί > Ταραντίνου sunt teste C epp. 198, 655—657, 660, < 661 >; ex his duo 656 et 660 isopsephia restituta Alexandrino vindicavi; ep. 661 sumptum videtur cum proximis 658—660 et 662—664 e sylloge Theocritea (vel ex opere Gregorii, si inter inscriptiones, quas hic collegit, Leonidea quoque et Theocritea epp. exstabant). Ἀεωνίδα Ταραντίνου adscripsit idem C epigrammatis 295, 422, 440, 448 (sq.), 648, 652, 654, 719, 736, quae recte Tarentino tribuuntur, nisi forte e duobus 448 sq. alterutrum Antipatro vindicare mavis. Nomen gentile semper omisit A scripsitque Ἀεωνίδου ad epp. 19, < 35 >, 67, e quibus unum, in Alcmanem ep. 19, ut ἰσόμηρον ab Alexandrino conditum videtur; C quoque gentile saepius praetermisit, ut vel Ἀεωνίδου — ad epp. 163, 264, 266, 273, 283, < 452 >, 455, 478, 662, < 663, 665, 726 sq. > — vel Ἀεωνίδα — ad 408, 463, 466, 472, 480, 503 sq., 506, 726 (1—6), 731, 740 — adpingeret; tenendum tamen prae se indicem erasum esse ad ep. 163 Ἀντιπάτρον? et ad 455 (iambos in Maronidem) Φιλίππου Θεσσαλονικέως. Ep. 715 iure tribuitur Leonidae, licet lemmatistae errorem (confundentis Alexandrinum et Tarentinum) corrector titulo suo confirmet; nec ep. 662 a Tarentino alienum videtur, cui adespota 321 et 125 vindicem. Binorum auctorum, e quibus Leonidas alter, indicem praefereunt epp. l. VII haec: 13 Ἀεωνίδου οἱ δὲ Μελεάγρου (A), 173 Διοτίμου οἱ δὲ Ἀεωνί (C), 190 Ἀνότης οἱ δὲ Ἀεωνί (C), 316 Ἀεωνί ἢ Ἀντιπάτρον (C), 658 (sq.) Θεοκρίτου οἱ δὲ Ἀεωνίδου Ταρ. (C, cf. supra p. XI not.), 35 Ἀεων. (A) [Ἠλάτωνος C]; duo ex his Alexandrini videntur, 173 et 190; de ep. 316 v. p. 213; ep. 13 Meleagrino an Leonidae sit, ambigitur; 658 neutrius, nec Theocriti nec Leonidae esse apparet (v. ad epp. 652, 739).

Λεωνίδου Ἀλεξανδρείας inscribuntur a C epp. 547—550 (praemissa Cycli fragmento); ad epp. 668 et 675 non adiunctum gentile, sed additamentum *ἰσοψηφον* auctorem indicat. Epp. 19, 173, 190, 656, 660 ut isopsepha recentiori Leonidae tribuenda esse supra monui.

Μελεάγρον nomini gentile nec ab A (13, 79) nec a C additur; titulus hic ad alteram partem epigrammatis Dioscoridae 31 idemque ad epp. in Heraclitum Ephesium 79, in Lycambides 352 adpositus non ipsum auctorem versuum videtur indicare, sed conditorem Coronae, in quam epp. illa recepta erant. Ep. 470, cui *Μελεάγρον* in rasura adposuit C, rectius fort. a Planude Antipatro tribuitur, sed huic poetae nec ep. 468 nec 182 (quamvis simile Sidonii epigrammatis) vindicaverim. Meleager igitur, si epp. 182 et 13 composuit, bis idem Erinnae ep. 712 spectavit.

Μναςάλκων nomen nudum scripserunt A et C (cf. ad ep. 242), nisi quod hic uni ep. 171 *Μνας. Σικωνίου* adposuit. In titulo ep. 405 sub *Μιμνέρον* nomine latere *Μναςάλκων* putabat Hiller, corruptit fort. C nomen *Μυθίνων*.

Νικάνδρον nomen nudum adposuit C epigrammati 435, *Κολοφωνίου* addidit ad ep. 526. *Νικαινήτων* titulus nec *Σαύλων* nec *Ἀβδηρήτων* gentile adiunctum habet (ep. 502). Ad Samium poetam (Nicaenetum) olim referebam et ep. in Samium tibicinem Telephanem VII 159, quod ab L Nicarcho tribuitur, et ep. in Samiam Lamiscam 166; certe alienum est utrumque ep. a poeta Anthologii Diogeniani, nec praeter scoptica huius Nicarchi epp. cognominis vetustioris poetae in Anth. Palatinam recepta videntur.

Capiti 6^a duo epp., 462 et 704, perversa ratione et extra ordinem Pal. immixta sunt, quorum prius in mulierem Satyram scriptum, alterum a sepulchralibus alienum est. Cetera capitis epp. praefertunt ordinem Palatinum: nam 516 et 580 sq. ideo epigrammatis 356—360 adnexa sunt, quia in consimili argumento versantur, Iulianusque pro sua variandi libidine fort. non tantum 580 sq., sed etiam epp. 356 sq. et 360 composuit. Ep. 228, quod Cephalas inter epp. εἰς ἀνδρείους rettulit, rectius Plan. capiti 6 vindicavit. In capite 5^b cum prima pars ordine Palatino epp. e variis fragmentis selecta (α) contineat, altera ex Philippicis (β), tertia (γ) ex Meleagreis (et syll. Call.) sumpta sit, Planudes Antipatri (Thess.) ep. 390 agmen claudere quam Philippicis accedere maluit ob eam fort. causam, ut hendecasyllabi ab usitatoribus epp. versibus separarentur.

Ad c. 7^a 6^b (εἰς ἀρχαίους τινάς). Palatina particula epigrammatum 311—320 excepto uno (312) a Planude tota recepta est in capp. epp. εἰς ἀρχαίους; inter ep. 311 in Nioben et 313 Planudes quattuor, sed duo ex his in eandem Nioben scripta (530, 549) inseruit; epp. in Timonem 313—320 ita distribuit in duas syllogas, ut quinque in priore, tria (315, 318 sq.) in altera reperiantur; epigrammati 319 (Iuliani?) Plan. quartum in Timonem adnexuit, ep. 577, idemque tetrastichon in Pal. a correctore (p. 253 m.⁸) prioribus Timoneis (315 sqq.) adscriptum est. Epp. 315 sq. videntur Rhiani et Leonidae, ut eorundem poetarum epp. VI 34 sq. inter se excipiunt. Iniuria inter epp. εἰς ἀρχαίους rettulit Plan. VII 241 in Ptolemaeum, VII 556 (Eityrum mimum et Satyrum permutans), 563 in pantomimum Chrysomallum (verbis εἰκόνας ἀρχαίων in errorem inductus), denique 747, quod ep. Maximus Libanii et Iuliani nominibus confasis cum Iuliani epigrammate 577 coniunxit.

Ad c. 9^a (εἰς βράβη) et 10^a (εἰς γέροντας). Capitis 9^a 1 (ep. 170) bis exstat in P: a priore loco Planudem petivisse et index auctoris et quam in Planudea ep. obtinet sedes demonstrant; capitis 10^a 3 ep. 187 redit in P ante ep. 345 transitque inde in Planudeam, ut serie Planudea epigrammatum 309 (Iuliani?), 336 (Antiphili?), 344* (= 187 Philippi), 345 ordinem Palatinum nihil turbari appa-

reat. Ceterum Planudes ep. 187 (cf. p. VII) capiti εἰς νέας subiungere, non epigrammatis εἰς γέροντας adgregare debebat.

Ad c. 11^a 1^b (εἰς γυναῖκας). Capitis 11^a pars prima sedecim complectitur epp. Pal., quorum ultima condita sunt in Lycambae filias (351 sq.); quae praecedunt epp. e tribus potissimum particulis Palatinis sumpta sunt: primum adhibuit Plan. epp. in mulieres 163—169 (omissis duobus 164 sq., quae recepto consimili in eandem mulierem epigrammate 163 neglegenda esse putabat), dein epp. 181—188 (e quibus 182 et 186 in caput 11 rettulit, cum duo 184 sq. epigrammatis εἰς νέας adiungeret, unum 187 inepte capiti εἰς γέροντας tribueret, unum mutilum omitteret ac duo alia, ne nimius esset in offerendis eiusdem generis epigrammatis virginum recensque nuptiarum mortem deflentibus); denique seriem Palatinam VII 217—224 fere totam in 11^a transtulit Planudes (adiuncto ep. 324). Ex iisdem particulis Palatinis alterum in mulieres epigrammatum cap. (11^b) tantum 168 et 217 recepit, quibus adiunctae sunt tres ex Gregorii Magistri sylloge inscriptiones (333, 337, 340), ut huius cap. prima parte epp. quinque contineantur. Primam capitis 11^a seriem (deceptam ex epp. VII 163—363) praecipuae partes sequuntur duae; priorem epp. ex magno fragmento Meleagreo (406—506) selecta (quibus 522 ex sylloge Callimachea accedit), alteram partem sepulchralia ex Cycli fragmento (551—614) petita efficiunt. Intermixtam est Meleagreis (11^a 18—25) unum Agathianum (552 inter 463 et 470) Planudis incredibili fere errore; nam ep. 552 ab Agathia in matrem Pericleam compositum ideo iunxit Plan. cum ep. 476, quod eius disticho quinto Meleagri parentem a Meleagro dici arbitrabatur; scripsit enim (Marc. 34^r) ipse Planudes ultimum carminis Heliodorei versum: ἠγάπα σοὶς κόλπους παρέσθ' ἐναγκάλισαι, quam scripturam παρέσθ' (pro μᾶτεσθ') non a calami lapsu repetendam esse, sed menti scriptoris deberi sedes epigrammati 552 a Plan. destinata testatur. Rem eo magis mireris, quod epp. in Heliod. complura Plan. amatoris aggregavit. Meliore ratione ductus Agathianis (11^a 26—37) ep. Philippeum VII 644 (inter 608 et 610) inseruit separavitque ab altero eiusdem fragmenti Philippici (622—645) epigrammate 623, quoniam eiusdem argumenti epp., alterum inventoris Bianoris 644, alterum imitatoris Eutolmii 608 legentibus una offerri volebat; et in disponendis ultimis epp. (623, 735, 667, 691) Plan. idcirco vid. ordinem Pal. reliquisse, ne duo epp. similia (735, 667), quibus mulier marito (liberisque) vale dicens inducitur, alieno dirimerentur (cf. etiam 623, 2 et 735, 1 ὀστρέτιον). — In 11^b primae quam memoravimus parti subiunguntur ordine inverso prius Agathiana aucta epigrammate 695, dein Meleagrea epp. ita, ut illis Erycii ep. 368 (ex fr. Philippeo 364—405), his Crinagorae 643 (ex altero fr. Phil. 622—645)

praecedant. Tymnae ep. 729 (quod exstat in P post iteratum in ἀγχιόκων mulierem ep. 462) a Plan. ante 464 sq. insertum est, ut tria in puerperas cum liberis defunctas epp. (Tymnae, Antipatri, Heracliti) continuarentur. Ex magno fr. Meleagreo (406—506) Planudes ad epp. in mulieres colligenda (praeter 421—429) duas potissimum particulas adsumpsit, septimam (ep. 462—465) et decimam (ep. 475—477; cf. p. 320, 7 et 332, 7), nisi quod primum decimae plane omisit, primum septimae ep. inapte capiti 6^a (εἰς ἀνδρας οὐκ ἐπισήμους) vindicavit.

Ad c. 12^a (εἰς δοῦλους). Tria in servos epp. (162, 178 sq.) scripta esse ab eodem Dioscoride videntur, nisi 179 imitatori Dioscoridis tribuere mavis; illud certe non verisimile ab epigrammatographo, quem Alexandriae vixisse volunt, diversum fuisse Nicopolitanum; cf. *Ἀνδρὸς ἐγὼ καὶ Ἀνδρὸς* cum similibus iteratae vocis exemplis apud Dioscor. 37, 2 *ἔργη ἱερὸς ἄν, ὄρνον — ὄρνος* V 51, 1; *καὶ Ἀνδρὸς* cum *καὶ ἐμὸν τάρον* VII 450, 5; *ἐδαίων' ἀσπρὴ τεύνοις βίον* (an εἰς αἰών'?) cum *εἰς δὲ λήγων τεύνας μνηῶν μέτρον* XII 171, 3; *ἐπὶ γῆρας* cum *δαίους ὕπο* VI 220, 9 (v. p. XX). Ep. 371 Plan. in l. P^o recepit.

Ad c. 13 (εἰς ἥρωας). Ex epp. in heroes primum cap. 13^a proxime antecedit longiorem epp. in viros fortes seriem Palatinam (226—259), ultimum eiusdem capituli in ipsa illa serie inest VII 239; cetera fere omnia epp. cap. deprompta sunt ex Palatinis 135—152, quae uno omissis in Nestorem 144 cuncta Plan. transtulit in suum florileg. ita, ut (contra ac fecit Cephala) epp. in Graecos (141—152) praemitteret, in Troianos (136—140) subiceret. Post ep. in Hectorem 140 (cui Plan. XVI 29 non in textu, sed in margine adnexuit) consulto scripsit quod in Palatino praecedat ep. 139 in Hectorem Alexandrumque, ut cum Parmenionis in Alexandrum epigrammate 239 iungeretur; hoc autem ep. in cap. εἰς ἥρωας (non, ut Adaei consimile ep. 240, in cap. εἰς ἀνδρείους) Maximus recepit, f. quoniam ei verba *ἠφθίσθαι Ἄλ. ψευδῆς φάτις* magis etiam in heroem quam in virum fortem quadrare videbantur. Epigrammatum in Graecos ad Troiam profectos primum postremumque ab eodem, opinor, poeta scripta sunt, Antiphilo; cf. ad p. 98, 1.

Ad c. 15, 17^b, 23^a (εἰς ἱξεντάς, κρηγούς, ποιμένας). Epp. in pastores 173 (fort. L. Alexandrini), 174 (Erycii), ep. 338 (Persae?) in venatorem pendere vid. et a Mnasalcae ep. 171 et ab anathematico ep. Callimacheo in Echemmam VI 121 (cf. VI 26); liberius argumentum variat amplificatque ep. 172 Sidonii (cf. 172, 6 *τὸν ἐκ γενέων πικρὸν ἐνείσαι χόλον* et VI 219, 12 *βρονχέτο — ὄβριμον ἐκ γενέων* Sid.); porro auctorem ep. 338 Sidoniumque sequebantur incertus auctor ep. 546 et Agathias 578. Comparandum (praeter adespota 717) Antipatri ep. 637, qui pro aucupe vel pastore sive venatore in illustranda re quodammodo simili

piscaorem inducit ita, ut verba Leonidea *ἀντόμαται δελῆ ποτὶ τεύλιον αἰ βόες ἦλθον* versui ad novum argumentum accommodato huic respondeant: *τῆς δὲ πρὸς αἰγιαλὸς ἔδραμεν ἀντομάτη*.

Ad c. 17^a 18^b (εἰς μεθύσους). Ex quattuor Meleagrei fragmenti epigrammatis in poteros vinosasque 454—457 duo sprevit Planudes itemque Thessalonicensis epigrammati (398) similia Dionysii 533, Leonidae 660 adiungere omisit nec Callimacheum 725 recepit. Ep. 455 (in Maronidem) nec P^l nec priores editiones Planudeae epigrammati 353 (in Mar.) continuaverunt, iunxerunt demum P^l.^w duo in eandem mulierem epp., sicut corrector in margine (p. 259) Sidonii versibus iambs adscripsit Leonideos (nisi forte erasum auctoris indicem veriorum particulaeque Meleagreae ep. simile Philippicum interpositum esse censet).

Ad c. 19^a (εἰς ναυαγήσαντας). Undequinquaginta cap. 19^a in naufragos epigrammata continuavit ita Planudes, ut, cum ex variis Anthologiae Pal. partibus sumpta sint, ad unum omnia ordinem Pal. teneant. Praecedunt ex prima parte Pal. epp. 22^a, sequuntur deinceps Philippica 7 (ex fragm. Phil. 364—405) β, Meleagrea 6 (ex magno fr. Mel. 406—506) γ; interpositis deinde tribus (δ) ex iis quae in Pal. intercedunt epigrammatis*) subianguntur quinque e Cycli fragmento omnia Iuliani (ε), epp. 3 ex serie Philippea 622—645 (ζ), quibus ultima capituli, cum Meleagreo (Phalaecci 650) duo Leonidae Alex., adnectuntur. Minus quam sedem Palatinam spectavit Plan. epigrammatum argumenta, si quidem in naufragorum caput aliena poemata aliquot recepit; sic, ut alia hic omittamus, perperam adiunxit Bianoris in tyrannicidam ep. 388, Iuliani in Hypatium 591 errans cum lemmatista, cuius titulus εἰς *Ἰπυάτιον τινα ναυαγήσαντα* olim exstabat in P; nec minus perverse Leonidea 504 (quod ep. Apollonidas 702 imitatur) atque 295, Statili de puero Thraee versus 542, Isidori iambs 280 inter naufragorum epp. rettulit. Ordo epp. Palatinus ut diligenter servatur in 19^a, ita confusus videtur in 19^b; ceterum pleraque epp. capituli 19^b ex iisdem partibus Palatinis sumpta sunt atque epp. prioris sylloges; velut ex epp. Palatinis 263—294, quae in naufragos scripta a Cephalo continuantur, undeviginti in

*) Unum ex his 543, quod incerto auctore fertur, si non ipsi Antipatro, certe imitatori Thessalonicensis iure vindicaveris; cf. *πάντα τις ἀρήσαιο φυγῆν πλοῦν* et *νόστιμον ἐμπλοῖν ἐρῆτό τις* 639, 5 (Ant.), *κόμβον ἔθεν* et *ἔθεντο τάρον* 402, 4 (Ant.), *φορτίδι νηί* in clausula hexametri 287, 5 (*πελάγει* in clausula pentametri 286, 6), *κεῖνο νέφος* et *κεῖνο σέλας* 367, 5. — Primum ep. capituli 17^a (329) est Leon. Alexandrini; emendationibus *ἱραῖς — περὶ ληροῖς* et *ἐπεστι λίδας* (cf. 273, 6) restituitur isopsephia: α₁ 4067 + β₁ 2965 = α₂ 2513 + β₂ 4519 = 7032.

cap. 19^a, decem in 19^b transierunt, adhibuitque Planudes duo fragm. Meleagrea, epp. 494—503 et epp. 650—654 ita, ut tribus quae partim f. difficiliora videbantur omissis (496 sq., 651) quinque epp. et unum in priorem, bis terna in alteram syll. transferret.

Ad c. 20^{a-b} (εἰς νέους καὶ νέας). Poterat Plan. complura huius capitis epp. inter epp. εἰς νέους καὶ θυγατέρας referre (velut 453, 604 alia). Tria carmina, quae compari argumento apte cohaerent, 647, 646, 513 (v. Reitzenst. p. 128) ita seiunxit, ut unum, ep. Simiae in Gorgonem capiti εἰς νέας, alterum (Anytae ep. 646) capiti εἰς θυγατέρας, Simonidis in Timarchum, quod mireris, capiti εἰς ναυαγήσαντας adsignaret (om. Pl. Philetae his simile ep. 481). Non continuavit Plan. epp. Parmenionis et imitatoris Eutolmii 184 et 611, quorum utrumque pendet a Callimacheo 517 et Leonideo 662 (ποθέουσα τὸν εἰκοσάηρον ἀδελφόν); cf. quae p. LIII dicta sunt de Bianoris Eutolmiique epp. 644 et 608. Ex eo quod series epp. 491—493 interrumpitur epigrammate Anytae 649, apparet Planudem (sicut alios ante Hermannum) in interpretando ep. 491 errasse, sed iuxta possuisse videntur epigrammata 649 et 491 ideo, quod ornamentum sepulchrale in illo imago defunctae, in hoc Sirenum statucae commemorantur (cf. στήθε τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμ. παρθενίδων 649 et αἰδ' ἐπὶ κύμβῳ λίθῃ Σιρήνων ἑστρωμένος 491).

In capp. εἰς ὄρνεις 21^{a-b} epp. Palatina 189—213 fere omnia recepit Plan., etiam erotica Meleagri 195 sq. (et epp. in equam 212, in leporem, formicam); unum ex illis (Anytae in equam 208, cf. Kb. 626) adgregavit epigrammatis εἰς ἀνδροτέως, tria omisit: Simiae 193 non sepulchrale, ep. 194 Mnasalcae, cui imitatore Phoenicum (197) praetulit, denique Tymnae ep. 211 (ne epp. eiusdem poetae simili clausula instructa: πνεῦμα σιαπηραὶ νυκτὸς ἔχουσιν ὁδοὶ 199 et φθέγμα σιαπηραὶ ν. ἔχ. ὁδοὶ 211 legentibus ambo offerrentur). Ex tribus, quae Palatinae illi particulae adnectuntur, in delphinem epigrammatis 214—216 postremum Antipatri in cap. 16^b (εἰς ἑθνεύς) exhibet. — Epigrammatum 189—213 ordinem Palatinum paululum mutavit Plan., non quo diligentius inventoris imitatorumque rationem haberet (immo epp. Anytae, Niciae, Pamphili 202, 200, 201 affinitate iuncta Plan. disiunxit), sed inutilem adhibuit operam, ut quae promiscue ei congesta videbantur epp. in P, ipso animantibus prout tituli (εἰς τέττιγα — εἰς ἐσφιδα — εἰς πέδιλα etc.) indicabant distinctis planius disponeret (cf. ad p. 125 sqq.).

Libri VII Palatini epp. prima (1—75) condita sunt in poetas, nisi quod duae partes alienae, epp. 56—68 in philosophos et duo epp. in Themistoclem cum tertio in eundem Epicurumque scripto (72—74) interposita sunt; epp. igitur VII 1—55, 69—71, 75 omnia translata sunt in Planudeae capp. 22^{a-b} his tantum exceptis: epigrammate 14 (in Sapphonem), 31 (in Anacreontem),

38 (in Aristophanem), 48 (quod ad Euripidem spectare temere, ut vid., lemmate fingitur); itemque omisit Plan. ep. VII 2^b (quod non A scripsit, sed C in margine); transierunt autem ex illis epigrammata (praeter 23^b) duodequingaginta in cap. 22^a, epp. 7 in 22^b. — Ex magno fragm. Meleagreo quattuor in poetas epp. sumpsit Plan.: 408 (Leonidae in Hipponactem ep., cui Alcaei in eundem 536 adiunxit), 412, 419, 421; ex postremo fr. Mel. petita sunt item quattuor epp. haec: 713, 714 (in Ibycum), 715 sq., quibus alterum in Ibycum 745 Planudes adiunxit; ex sylloge Callimachea (517—525) ultimum accessit; Cycli fragmentum (551—614) tria epp. capiti 22^a, duo capiti 22^b suppeditavit; particulae Laertianae (615—620) epp. tria priora (petita f. ex Argivi Lobonis libello περὶ ποιητῶν) initium faciunt capitis 22^b, nec sprevit Plan. adnexum Laertianis ep. (f. in Soph. Pleiade tragica inferiorem) 621, quod Maximus, ut lemma ab eo additum sedesque ep. docent, in Sophilli filium conditum esse putabat. Ex quattuor in Orphea epigrammatis duo VII 8 et 10 eiusdem videntur auctoris, Antipatri. Epigrammatis in Archilocho adiunxit Plan. etiam distichon 674, cuius auctor respondere putandus est versibus ab Antipatro (?) in Lycambides scriptis 352 (cf. Πικρίδες, τί ὑβρησιν ἐπ' ὑβριστήρας ἰάμβους ἐτάπει σὺν δάσῳ φωνὴ χαριζόμεναι; et τὸν ἐς λυσσῶντας ἰάμβους ἦγχευε Μαιονίδῃ Μοῦσα χαριζομένη). Ex fragmento Philippeo (364—405) unum ep. in cap. 22^b inlatum est, VII 405 in Hipponactem, quod auctor (Myrinus?) ex Leonideo 408 expressit. Accedunt igitur ad prima illa epp. 55 ex posterioribus libri Pal. VII partibus electa alia 22 (e quibus ep. 715 et amplior et brevior syll. in cap. 22 receperunt), denique tertii decimi libri Palatini unum, Theocriti ep. XIII 3. In Anth. Pal. poetae continentur hoc ordine: Homerus et Orpheus (1—10), Erinna et Sappho (11—17), Alcman (18 sq.), Sophocles (20—22, priore loco), Anacreon (23—33), Pindarus (34 sq.), Sophocles iterum (36 sq., quibus C similiter ac Plan. primum ex prioribus Sophocleis VII 20 adposuit), Aristophanes (38), Aeschylus (39 sq.), Callimachus (41 sq.), Euripides (43—51), Hesiodus (52—55), Archilochus (69—71), Stesichorus (75); quem ordinem Planudes aetate, dignitate poetarum, poesis cui quisque navabat genere (non semper scite) spectatis hic illic mutandum sibi putabat (cf. 22^a 1—13, 22^b 1—10) iunxitque prioris partis Pal. ac posteriorum in eosdem poetas epp., ut compositio haec et ordo Planudeus, licet pendeant ab Anth. Palatina, compilatoris propria videri possint. Carebat cap. 22^a primo quinque epigrammatis: tribus in Archilocho (69—71), duobus in Hipponactem (408, 536); nam haec epp. non in textu addidit Planudes, sed in margine subiunxit; itemque Euripideum 51, quod ab aliis Euripideis (49 sq.) separatim in fine capitis exstat, postea demum accessisse apparet.

Ad c. 24^a (*εἰς πόλεις*). Ep. 723 in Laconicam vastatam, non sepulchrale, recepit Plan.; conditum est non a poeta Philippo, etsi eius generis carmina a Philippis pleraque poetis composita sunt, sed in serie Meleagrea exstat ep. poetae Meleagrei, non opinor Nicomachi (cuius tamen ep. in Plateas eversas doricè scriptum est ut 723), sed fort. Polystrati, qui ingenium in eiusmodi argumento periclitans ep. in Corinthum delectam VII 297 fecit; hoc ep. Plan. neglexit in cap. *εἰς πόλεις*, cum bis scriberet alibi, parum apte in cap. *εἰς ἀνδροείους* et perperam in cap. *εἰς ναυαγήσαντας*; omisit (f. propter interpretandi difficultatem) Antipatri in Amphipolim ep. 705 sprevitque Nicomachi ep. 299 (ut Antiphili 379 in portum Puteolanum; cf. ad ep. 748).

Ad c. 26^a 24^b (*εἰς ῥήτορας*). Omnia prioris cap. ep. Plan. sumpsit e Cycli fragmento (551—614); ambo alterius in rhet. capitibus ep. apud Plan. adespota sunt; in P utrumque poetae nomine, neutram, opinor, iusto auctoris indice instructum; nec enim ep. 362 in Aetium a Philippo nec 369 in Antipatrum rhetorem ab Antipatro Thessalonicensi compositum videtur.

Ad c. 27^a 25^b (*εἰς νιοὺς καὶ θυγατέρας*). Diotimi ep. 261 obversabatur auctori epigrammatis, quod illi in Planudea continuatur; cf. *ἐποπεῖ δ' ἐν παιδὸς μητέρα τοῦδε τρυφεῖν* (Diotimi) et *οὐκ πατήρ τόδε σημαὶ τὸ δ' ἐμπέλειν ἦν τὸ δίκαιον* 361 (fort. Iuliani). Ep. 554 a Philippo abiudicaveris, cum inter Cycli epigrammata exstet idemque pentameterum dimidiatum in ep. Agathiano obvium contineat nec pristino auctoris indice, sed titulo post rasuram illato ad Thessalonicensem referatur; at cf. quae ad ep. adnotata sunt. In altero cap. Meleagreis ep. unum Philippeum 389 Plan. intermiscuit, f. ut componeret quae inter se opposita videri possunt: *πάντας ἔθαψε δόμος, τὴν πολλὴν παλῶν ἐλάδα* 389 et *μοῦνον παῖδα παρασαμένη* 466; inter ep. 466—468 et 486—488, utraque ex eodem fr. Meleagreo (406—506) electa, inseruit Plan. primum ep. posterioris fr. Meleagrei (616—655), ut Anytae ep. 646 et 486 continuarentur.

Ad c. 28^a 26^b (*εἰς φιλοσόφους*). Extra ordinem Pal. praemissa sunt quinque ep., Antipatri 629 in Socratem (quod Plan. Laertiano 96 praetulit) et quattuor in Platonem. Adhibuit autem Plan. ad capp. *εἰς φιλ.* duas potissimum partes Palatinas, ep. 56—68 et ep. 83—134. Priora illa recepit omnia, etiam ep. 60, quod tamen capiti *εἰς ἀγαθὸν ἄνδρα* subiecit; ex magno fragmento sylloges Laertianae (VII 83—133) unum ep. (112 in Lyconem) in cap. *εἰς ἄνδρα οὐκ ἐπισήμους*, duo (119 sq.) in primum librum rettulit, viginti tria selecta in capp. *εἰς φιλ.* ita collocavit, ut nisi causa perspicua Palatinus (aut Laertianus) ep. ordo non omitteretur (cf. p. LX sqq.). Alterius fragmenti Laertiani (615—620) ep. in Cleobulum Periandrumque 618—620 neglexit Plan., cum similia (Lobonis?) ep. in Thalem

(83 sq.), Biantem (90) ex priore serie Laertiana admisisset. Ex epigrammatis (Meleagreis?) 78—82 perperam capiti 26^b adiunxit Maximus ep. in Heraclitum poetam Halicarnassensem 80; quod recipi poterat Meleagri (?) in Heraclitum Ephesium ep. 79, Planudes propter scripturae depravationem omisit; tetrastichon in Epicharmum 125 inter ep. *εἰς φιλ.* rettulit, non item distichon in Epicharmum 82 adesp., quod Leonida (cf. VI 44 *Βάκχο καὶ σατύροις*) vel Diocoride (cf. *Δωρίδι Μούσῃ* 707) dignum, certe non a Lobone compositum esse duxerim. Dispersa sunt per varias sepulchralium Pal. partes quattuor postrema duorum capitum ep.; accedit denique Speusippi distichon XVI 31, quod ab incerto auctore ep. VII 61 interpolatum est.

IV.

Diogenis Laertii quod e codice Parisino 1759 accuratiora, ex aliis nonnullis in hac editione largiora afferuntur, unicae debetur liberalitati viri illustrissimi, Hermanni Dielsii, qui mihi per totos menses pretiosissimas suas collationes Laertianas permisit consultusque de scripturis quibusdam benignissime quae scire interesset mecum communicavit. Notantur codices siglis his:

D^P : Paris. 1759, ab Herm. Dielsio collatus (siglis D^{Pac} ipse librarius, D^{Ppc} recentiorum correctorum indicantur manus, quas aliam ab alia singillatim in ep. editione discernere nihil attinebat);

D^Q H : Paris. 1758, Laur. 69, 35 (quorum priorem, D^Q, descriptum esse e Paris. 1759 recentiores interpolationes nondum experto testantur vel ea quae in ep. adnotatione adferuntur; alter cod., quod C. Wachsmuth vidit, ex eodem illo Paris. fluxit, postquam is recentioris correctoris operam subiit);

D^F V : Laur. 69, 13, Vaticanus 1302;

D^B : Bourbonicus 253 (v. vol. I p. XIV).

Ad quos Diogenis codices Palatinus proxime accedat, hic illustrari non oportet: in tractanda hac quaestione virum amplissimis copiis Laertianis instructum versari scio. Satis habeo tabulis illa epigrammata libri VII Palatini proponere, quae eadem et in Diog. Vitis exstant et pleraque aut in utrumque cod., Marcianum 481 et Matritensem XXIV, aut in alterutrum saltem codd. horum translata sunt.

Diog.	Pal VII	Pis I, IIIa, b	Matrit.	Nom. auctoris	Nom. eius, in quem ser. ep.
Pro. 3	615	cap. XXII ^b 1	(in poet. 39)	adespoton D, P, Pl, Ir.	in Musaeum
" 4	616	XXII ^b 2	(in poet. 40)	"	in Linum
" 5	617	XXII ^b 3	(in poet. 41, v. ad 272 3)	"	in Orphea
I, I 34	83	XXVII ^a 17	in phil. 1	adesp. (D, A, P, Ir.)	in Thalem
" 39	84	" 18	in phil. 2	"	"
" 39	85	" 19	in phil. 3	Diogenis D (adesp. A, P, Ir.)	in Solonem
" 62	86	"	in phil. 8	adesp.	"
" 63	87	"	in phil. 7	Diog. D, Ir. (adesp. A)	in Chilonem
" 73	88	"	in phil. 4	Diog. D	in Pittacum
" 80	89	XXVIII ^a 20	in phil. 5	Callim. D Pl ^s (cf. ad 32 7)	in Biantem
" 85	90	XXVIII ^a 21	in phil. 6	adesp.	"
" 85	91	XXVIII ^a 22	in phil. 6	Diog. D	"
I, I 89	153	VI ^b 1	in phil. 9	Homeri A, Pl; Cleob. D, L	in Midam
" 93	618	"	in phil. 10	adesp.	in Cleobulum
" 97	619	"	in phil. 11	"	in Periaurum
" 97	620	"	in phil. 12	Diogenis D, C	"
" 103	92	XXVIII ^a 23	in phil. 12	Diog. D, Ir.	in Anacharsim
" 120	93	"	in phil. 13	adesp. [Diog. Ir.]	in Pherecydem
I, II 15	94	"	in phil. 25	adesp. D, A, Ir.	in Anaxagorum
" 15	95	"	in phil. 26	Diogenis D, L, Ir.	"
" 46	96	"	in phil. 27	Diog. D, Ir.	in Socratem
" 58	97	"	in phil. 33	Diog. D	in Xenophontem
" 58	98	"	in phil. 34	Diog. D	"

Diog.	Pal VII	Pis I, IIIa, b	Matrit.	Nom. auctoris	Nom. eius, in quem ser. ep.
I, III 29	669	cap. VI ^a 27	(Plat. 6)	Platonis D, C, Pl, Ir.	in Astera
" 29	670	VI ^a 28	(Plat. 7)	"	"
" 30	99	XXVIII ^a 24	(Plat. 12)	Plat. D, L, Pl ^s	in Dionem
" 31	100	XXVII ^b 4	(Plat. 8)	Plat. D, A, Pl	in Alexim
" 31	217	XI ^b 2	(Plat. 11)	Plat. D (Ir.); Asclep. C, Pl	in Archegansiam
" 33	259	V ^a 29	(Pl. 5, v. ad 87 7)	Plat. D, C, Pl, Ir.	in Eretirenses
" 43	60	I ^a 1	in phil. 28	Simiae C (Iuhani? A ^{av})	in Platone
" 44	61	XXVIII ^a 2	in phil. 29	adesp.	"
" 44	62	XXVIII ^a 3	" 30	"	"
" 45	108	XXVIII ^a 4	" 31	Diog. D, Ir.	"
" 45	109	"	" 33	Diog. D	"
I, IV 3	101	"	in phil. 35	Diog. D (adesp. A, Ir.)	in Speusippum
" 15	102	"	"	Diog. D	in Xenocratem
" 21	103	"	in phil. 36	Antagorae D, Ir.	in Polem, et Cratrotem
" 45	104	"	" 37	Diog. D	in Arcesilann
" 61	105	"	"	Diog. D	in Lacydem
I, V 8	107	"	in phil. 38	Diog. D, Ir. (adesp. A)	in Aristotelem
" 40	110	XXVIII ^a 25	" 39	Diog. D	in Theophrastum
" 60	111	"	"	Diog. D	in Stratonem
" 68	112	VI ^a 2	"	Diog. D	in Lyconem
" 79	113	"	"	Diog. D	in Demetrium Phalerea
" 90	114	XXVIII ^a 26	in phil. 40	Diog. D	in Heraclidem
I, VI 19	115	"	in phil. 41	Diog. D, Ir. (adesp. A)	in Antisthenem

Diog.	Pal.VII	Pal.I, IIIa, b, I, Ib	Metris.	Nom. auctorit.	Nom. eius, in quem ser. ep.
I, VI 79	116	—	in phil. 42	Diog. D, Ir.	in Diogenem
" 86	326	c. XXVIII ^a 37	" 34	Cratetis D, C	in Cratetem
I, VII 30	117	—	" 44	Zenodoti D, Ir.	in Zenon. (Citiensem)
" 31	118	—	—	Diogenis D	in Chrysiptum
" 184	706	—	in phil. 45	Diogenis D, C, Ir.	in Chrysiptum
I, VIII 12	119	lib. Ib	—	adesp. D, A, Pl	in Pythagoram
" 36	120	lib. Ib	—	Xenophanis D, A	in Pythagoram
" 44	121	c. XXVIII ^a 27	in phil. 14	Diog. D	"
" 45	122	28	" 15	Diog. D	"
" 61	508	XXIV ^b 2	—	Emped. D, Simon. C (ad. Pl)	in Pausaniam med.
" 75	123	XXVIII ^a 29	in phil. 16	Diog. D	in Empedoclem
" 76	124	30	" 17	Diog. D	"
" 78	125	" 31	(Ir. p. 96)	adesp.	in Epicharum
" 84	126	" 32	in phil. 18	Diog. D	in Philolam
" 91	744	lib. Ib	—	Diog. D [Crinag. I, C], ad. Pl	in Eudoxum
I, IX 4	127	c. XXVIII ^a 33	in phil. 19	Diog. D, Ir. (adesp. A, Pl)	in Heraclitum Eph.
" 16	128	34	" 20	adesp. D, A, Pl, Ir.	"
" 17	80	XXVII ^b 3	(Call. 6. v. ad 32)	Callim. D, A, Pl, Ir.	in Heraclit. Halicarn.
" 28	129	XXVIII ^a 35	in phil. 21	Diog. D, Ir.	in Zenonem Eleat.
" 43	57	XXVIII ^a 7	" 23, 43	Diog. D	in Democritum.
" 56	130	XXVIII ^a 36	" 22	Diog. D	in Protagoram
" 59	133	—	—	Diog. D	in Anaxarethum
I, X 16	106	—	in phil. 46	Diog. D, Ir.	in Ephyrium.

Verbis, quae C scripsit p. 222: ταῦτα τὰ ἐπιγράμματα ἐκ τῆς παμμέτρον ἐξελέγησαν Λαερτίου Διογένους, idem post clausulam adpictam et rursus erasam adiunxit: ἐκ τῆς βίβλου τῆς ἐπιγραφομένης βίων φιλοσόφων. Quodsi Pammetrum app. sola ab ipso Diogene confecta exhibuisse recte statuunt (cf. Weissb. p. 37), aut parum noverat C Pammetrum aut neglegentius ἐκ τῆς βίβλου (pro καὶ ἐκ τῆς β.) scripsit; nec enim Pammetrus epp. 83—133 (s. 135), in quibus quaedam a Diogene non composita, suppeditare poterat omnia, nec suppeditabant Vitae, si modo epp., quae in Vitis non exstant, 131 sq. in Protagoram ab Iacobsio (epp. 134 sq. in Gorgiam et Hippocratem a Weigando) iure Diogeni vindicantur. Certe ex Diogene sumpta sunt epp. VII 83—130, 133 et 615—620; reperiuntur praeterea apud Diogenem epp. libri VII Palatini haec: 153 quod cum titulo Ὀμήρου non e Vitis petitum est, unde L additamentum suum Κλεοβούλου τοῦ Α. sumpsisse videtur (cf. ad 669, I), Cratetis ep. 326 adnexum disticho in Sardanapallum, ep. 80 (sumptum f. non e Diog., sed e cor. Mel.) in poetam Heraclitum, ep. 508 quod e sylloge Simonidea in Anth. Cephalanam transiit; tria epp. 217, 706, 744 haud scio an casu in Pal. singulis Antipatri epigrammatis accesserint, ep. 744 (in Eudoxum) propter Palatinae Laertianaeque recensiois diversitatem ex Vitis ascitum iniuria negaveris. Epp. quae Platonis feruntur vel in Platonem scripta sunt ordinem Laertianum in Palatino non servarunt; 669 sq. (amatoria), quae erant in lib. περὶ παλ. τροφῆς, ex epigrammatis in philosophos Constantinus exemit, non item quae ex eodem illo Aristippi libro in Vitas translata sunt epp. 99 sq.; Asclepiadis in Archeanassam ep. (Meleagreum) exhibet P initio epp. in mulieres (217—224); alterum in Eretrienses 259 postremum est epp. in viros fortes, separatim ideo fort. a priore in Eretrienses epigrammate 256, quod fieri poterat ut illud non cum praecedentibus 246—258 ex Corona Mel., sed ex alio fonte, e Diogenis libro, peteretur. Tria in Platonem epp. 60—62 quoniam (ut ep. 57) prioribus in philosophos 56—68 inserta erant, duo seorsum a ceteris restabant epp. Platonica ex tertio

Vitarum libro 108 sq., quae extra ordinem Laertianum epigrammati in Aristotelem 107 adnexa sunt. Itemque ordine Laert. omisso huic quinti libri in Aristotelem epigrammati Cephalas ep. decimi libri in Epicurum (A. P. VII 106) praemisit ideo fortasse, ut iuxta ponerentur versus comparabilia referentes: ep. 104 *τί τοσοῦτον ἄκροτον ἀφειδῶς ἔσπασας*, ep. 105 *Διώνυσος ὅταν πολὺς ἐς δέμας ἔλθῃ*, ep. 106 *τὸν ἄκροτον ἔσπασεν*, ep. 107 *πῶν ἀκόντιον*.

Codex Matrit. XXIV (Ir. p. 89 sqq.) exaratus a Const. Lascari epigrammata in confusa farragine continet plurima excerpta e Planudeae codice (simili certe eius, unde fluxit Iani Lascaris editio); idemque exhibet nonnulla e Peplo, Vitis Laertii, aliunde congesta, versibus etiam Solonis et Tryphiodori (38 sq.) insertis. Acervatae hae copiae duplici potissimum ratione dispositae sunt, ut aut eiusdem auctoris epp. (eum alienis in eundem factis) privis syllogis comprehenderentur, aut Planudeae capita partim integra partim circumcisa transferrentur.*) Sic epigrammatum syllogae reperiuntur Callimachi, Alcaei, Sapphus Anytae Erinnae, Platonis, Simonidis, et rursus exstant in cod. Matr. Planudeae capita epigrammatum in philosophos, in poetas, epp. ex libro I Planudeae electa *εἰς ἀντάγκειαν*, *εἰς ἀνδρώπιον βίον*, *εἰς γάμον κτ.*, ex tertio libro *εἰς ἀνδρείους*, *εἰς ἠρώας*, multa ex libro IV. Sylloges Matritensis epp. in philosophos eo ordine se excipere, qui nec cum Palatino nec Laertiano plane consentiat, apparet ex tabulae numeris (quibus Matrit. epp. aut in Vitis aut in l. VII Pal. non obvia negleguntur), et paulo gravius videri illud potest, unde philosophorum aetatis vel disciplinae rationem quandam a compilatore habitam esse suspiceris, quod epp. libri Vitarum VIII et l. IX statim

*) Collectionis auctor dubitari non potest quin etiam quas alia ratione atque Planudes disposuit partes ex eodem fonte complures sumpserit. Inter Callimachea, ut rem uno exemplo illustrem, epp. 558 et 729 aliena a Callimacho ideo recepit, quod in Planudea sua haec epp. Callimacheis (453 et 459) nullo lemamate intercedente ita continuata invenit, ut non singula, sed bina Callimachea exstare viderentur. (Cf. ad 162 9.)

epigrammatis libri I continuantur, ut epp. in Pythagoram, Empedoclem, Philolaum, Heraclitum, Zenonem Eleatem, duos Abderitas (l. VIII sq., n. 14—18, 19—23) praecedant, epp. in Anaxagoram, Socratem, Platonem cum Xenophonte, in Academicos (l. II—IV, n. 25—37) subiungantur, denique epp. in Aristotelem et Peripateticos, in Cynicos Stoicosque (l. V—VII, n. 38—45) sequantur.

Nihil attinet hic codicis Matrit. epp. enumerare nec demonstrari oportet, quatenus compilator a Planude pendeat, quae epp. recte, quae praepostere collocaverit, quos in auctoribus indicandis errores commiserit; pauca de codice postea addentur in praefatione, cum de variarum syllogarum origine ac propagatione exponendum erit; quibuscum conexae quaestiones de Cephalanae fontibus ac compositione tractabuntur. De libri VII Pal. compositione nunc plura dicere supersedeo, cum praesertim nonnulla de congruentibus Anth. Palatinae ac Planudeae partibus supra allata sint, alia de potiorum syllogarum fragmentis eorumque dispositione passim in notis proferantur (cf. etiam p. LXXXII sqq.). De re aperta vix est quod moneam: apparet e duabus libri VII partibus priorem*) multa epigram-

*) In priore parte libri VII argumentorum genera, quibus Constantinus nonnullas epigrammatum particulas subicit, cum ratione Meleagrea, spectato etiam ordine, quo argumenta inter se excipiunt, congrunt ita, ut Cephalas illa genera non ipse distinxisse, sed Gadarensis videatur assumpsisse normam (conspiciam inprimis ex utroque fragmento ampliore, epp. 406—504 et 707—740, cf. Weiss. de fontibus Anth. Pal.). Non omnia hic persequar argumenta, sed praecedant apud Cephalam epp. in poetas (1—55), qualia in duobus fragmentis Mel. prima sunt epp. 406—420 et 707—719 (paucis alienis insertis). Porro exhibet Cephalas epp. *εἰς ἀνδρείους* 226—259, quibus respondent ex isdem illis fragmentis epp. 430—443 et 720—724; inter ampliores, quae argumenti ratione dispositae sunt, particulas Constantinus postremum fere locum tribuit epigrammatis in naufragos (263—294), et trium fragmentorum Mel. postrema fere epigrammata (494 sqq., 650 sqq., 737 sqq.) item composita sunt in naufragos. Alias insuper in fragmentis Meleagreis exstare particulas argumento distinctas, quarum similes in priore libri parte (inter epp. 1—363) reperiuntur eaeque ex copiis

matum 1—363 iuncta continere argumentorum similitudine, alteram epp. 364—748 pleraque distincta syllogarum, unde fluxerunt, vicissitudine; multa prioris partis continuata patet subici posse titulis Planudeis, ut capita epigrammatum *εις ποιητάς, φιλοσόφους, ἥρωας, γυναῖκας, δούλους, ὄρνεις, ζῷα, ἀνδρείους, ναυαγήσαντας* alia efficiantur; in altera parte certius ampliora fragmenta discerni coronae Meleagraeae, Philippeae, Cycli, sylloges Simonideae, Callimacheae, Theocriteae, Palladae, Leonidae Alexandrini; utrobique videntur nonnullae ex inscriptionibus Gregorii Magistri accessisse, promiscuae congesta epp. plura in priore quam in altera parte exstare; ex iis quae supra demonstravi colligendum est librarium A duplici archetypo, altero ad epp. 1—155, altero ad cetera usum esse (nisi forte de titulis aut cum epp. simul exarandis aut postea addendis scribam mutasse sententiam suspicaris); duo certe, fortasse tria in opere suo exemplaria adhibuit C. Quodsi A modo mendosissime, modo rectius epigrammata scripsit, prosodias nunc accuratius nunc neglegentius adposuit, si C hic molestia fere diligentia ac certis e normis orthographicis, illic inaequaliter et more velociter percurrentis munere fungebatur, diversitatem hanc scribendi corrigendique scio aliquatenus referendam esse ad scribarum indolem arbitriumque, partim tamen e diversis Cephalanae fontibus et archetyporum varietate repetendam esse confirmaverim. Ad has res spectantia ne illa quidem neglegi licebat, quae per se considerata leviora interdum videbantur, ac sperarim adnotationem e Palatino aliisque codicibus deprompta ea fere exhibituram esse, quae et ad emendanda epigrammata et ad graviores illas quaestiones pertractandas nonnihil adiumenti adferre possint.

Meleagreis, Philippicis, Agathianis, aliis promiscuae congestae, ex adnotatione, opinor, apparebit et ex eis, quae supra de capitibus Planudeae exposita sunt quaeque p. LXXXII sqq. adduntur.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Epigrammatis libri VII Simonideis s. Ps.-Simonideis editionum Bergkii, Hilleri, Crusii, Hauvetii numeros in adnotatione huius voluminis adponere supersedi; quos in hanc tabulam (una cum numeris inscriptionum Pregeri) conferre malui ita, ut uncis circumscripti indicarent ea epp., quae quisque editorum a Simonide abiudicavit, diducti notarent ea, quae mihi, si non a Ceo orta, at nec ab arte nec ab aetate poetae aliena videbantur.*)

VII	Bgk.	Hill Cr.	Hv.	Pr.	testes epp. originis Simonideae
20	[180]	[116]	—	—	AP1 (adesp. C)
24	[183]	[118]	[59]	—	ALPI
25	[184]	[119]	[60]	—	A ^{sr} CP1
77	[129]	[114]	[54]	[256]	AC, Ar. ^{sch.} , Liban. (Tzetz.)
177	126	[113]	[57]	—	C
248	91	77?	3	200?	C (adesp. Her., Diod., Ar., Pl)
249	92	78	1	21	C Cic. (adesp. Her., Lycurg., Diod., Strabo, Pl, Suid.)
250	[97]	82, 1 sq.?	[26]	[5]	C (ad. Plut., Ar., Ar. ^{sch.} , Pl)
251	99	[84]	29	—	C (adesp. Pl)
253	100	85	28	[8]	C, Ar. ^{sch.} (adesp. Pl)
254	108	[92]	[35]	—	CP1 (ep. non scr. ante a. 457)
254 ^b	127	107	[52]	—	C
257	101	[86]	62?	[274]	Ar. ^{sch.} (adesp. CP1)
258	[105]	[89]	[32]	—	CP1
270	109	93	36	—	CP1
296	[142]	[128]	[66]	[269]	C Ar. ^{sch.} (adesp. Ar., Diod.)
300	[123]	[112]	[56]	—	CP1
301	[95]	[80]	[24]	—	CP1
302	121	103	48	—	CP1
344	110	[110]	[23]	—	CP1

*) De Simonideis epp. ab Aristide allatis nunc conferatur editionis Keilianae oratio XXVIII (p. 162 sq.), unde scripturas Aristideas has transfero: ad 248, 2 τέταρα Ar.^{A.S.Q.T} (codd. Laurent. 60, 3; Vrbinas gr. 122; Vatican. gr. 1297, Laur. 60, 8), τέσσαρα Ar.^U (Vrbin. 123), ad 248, 1 τρηνηχοσιγισ Ar.^Q; ad 250, 1 ἀγμῆς Ar.^{S^{ac}}, ἐπὶ Ar.^{S^{ac}}, ἐν,ροῦ Ar.^{S^{pc}}; 250, 2 ἀντῶν Ar.^{S.Q.T}; 250, 3 δουλοσύνης Ar.^{U.T} — σῖνας Ar.^{A.S} — σῖνας[?] Ar.^Q; 250, 4 ναυμαχίης codd. — χίας ed. Imt.; 5 ἡμιν Ar.^{Q^{ac}.T} ἡμιν Ar.^{Q^{pc}.A.S.U}; ad 296, 1 ἔκρινεν Ar., 2 πόλλας Ar.^Q, 5 verba οἶδε γὰρ ἐν γαίῃ — πληθ. (7) om. Ar.^{U^{ac}}.

VII	Bgl.	Hall. Cr.	Hv.	Pr.	testes epp. originis Simonideae
347	[98]	[83]	[27]	[4]	Favorinus (adesp. P. Plut.)
348	169	161	89	253	CPI (adesp. Athen.)
349	—	—	—	—	C (adesp. Pl)
431	[182]	[117]	[37]	—	C? (adesp. P. C?)
442	103	88	30	—	CPI
443	[106]	[90]	[33]	—	C
496	114	97	42	—	C
507	[124 ^a]	[115]	[58]	—	C (Alex. Pl; cf. p. LXXXVIII)
507 ^b	124 ^b ?	105	50	—	C
508	[Emp. 2]	[Emp. 1]	—	[40]	C (adsp. Pl, Emped. Diog.)
509	118	101	[46]	—	C
510	119	[111]	[55]	—	CPI
511	113	96	41	—	C
512	102	87	[31]	—	C (om. nom. post ep. 344 Pl)
513	115?	98	[43]	—	CPI
514	120?	102	[47]	—	C
515	117	100	[45]	—	CPI
516	128	108	[53]	[255]	CPI
647	116?	99	[44]	—	C? (Samii Pl, Simiae C?)
677	94	79	2	20	Herod. (adesp. P)

Leonidea epp. qua ratione in editione Geffckeniana et in sylloge Planudea inter se excipiant, tabula illustrandum videtur, ut institutus argumenti genere ordo (Planudeus) appareat quantum differat ab eo, quo Geffcken epp. examinato originis tempore continuanda suscepit; quo ordine simul poesis Leonideae progressus aliqua, certe ex parte adumbrantur, si quidem priora epp., prout ab Asclepiade, Hedylo (Posidippo), Callimacho, Anyte pendere videantur (3—25; 34 sq.; 39 sqq.; 51 sq.), deinde quae ipsam Leonidae artem et cynicae disciplinae studium praeferant (76 sqq., 91 sqq.), editor Tarentini discernere conatur.

G.	P VII	Pl cap.	titulus capituli	G.	P VII	Pl cap.	tit. capituli
3	283	19 ^b 20	εις ναναγής.	14	466	25 ^b 4	εις νιότης
4	652	19 ^b 14	εις ναναγής.	15	452	6 ^a 20	εις άνδρας —
5	654	19 ^b 18	" "	16	655	5 ^b 11	όν επίσημους
6	273	19 ^a 11	" "	17	740	5 ^b 23	" "
7	266	19 ^a 4	" "	22	35	22 ^a 21	εις ποιητής
8	264	19 ^a 2	" "	23	719	—	—
9	665	—	—	24	13	22 ^a 53	εις ποιητής
10	503	19 ^a 34	εις ναναγής.	25	19	22 ^a 33	" "
11	163	11 ^a 1	εις γυναίκες	31	478	5 ^b 19	εις άνδρας —
12	656	5 ^a 36	εις άνδρείους	32	480	5 ^b 21	όν επίσημους
13	463	11 ^a 20	εις γυναίκες	34	455	17 ^a 5	εις μεθύσους

G.	P VII	Pl cap.	tit. capituli	G.	P VII	Pl cap.	tit. capituli
35	422	6 ^a 19	εις άνδρ. όν επίσημους	86	504	19 ^a 35	εις ναναγής.
36	448	—	—	87	506	19 ^b 19	" "
37	449	—	—	91	736	—	—
39	316	7 ^a 10	εις άνδρείους	92	648	1 ^a 15	εις άνδρους
40	408	22 ^a 18	εις ποιητής	93	731	—	—
43	440	5 ^b 16	εις άνδρ. όν έπισ.	94	67	26 ^b 2	εις φιλοσόφους
51	198	21 ^b 5	εις άνδρας	97	472	5 ^b 8	εις άνδρας —
59	657	23 ^a 4	εις ποιμένας	98	472 ^b	5 ^b 8	όν επίσημους.
76	726	—	—	—	—	—	—
85	295	19 ^a 20	εις ναναγής.	—	—	—	—

1 1. 4 ab ima ser. '90^a—96^v' 3 1 cf. VI 275, 4 τῶ και τήνα καλόν "Ad. χοίει (adn.) 1.5 ser. 'Orph., Museum, Linum' 1.20 '525.745 in Call. et in Ib.' 1.25 '713 in Er.' 1.5 ab ima 'Phaenocritum' 5 1 (adn.) Paschii inscriptio exhibuisse vid. totum dist.: εἰς ἔλαχ. ναόςτις — θανάων ἔλιπεν (2, 3 sq.) 3 ὁ Κρονίδα τὸ νέθια τὸ παγκρατές Hilberg 6 4 ser. 'A. Pl' 11 cf. 383, 8 ἐπ' ὀδίνων (verba in eadem vs. sede a Philippo ac Paulo collocata, v. ad 554, 4) (adn.) 1. 2 cr. 'adscriptit C' 9 3 ser. 'L' (et in adn. 'subiungit L') 10 ἠοσῶα 12 de epp. 9 sq. (in Orpheum) cf. Maafs Orph. p. 136 10 11 ep. VII 11 est ap. Ir. p. 93 inter epp., quae in Eriannam scripta vel ei tributa sunt, haec: VI 352; VII 11; IX 190, 26 (66); VII 12 sq., 713 (quibus epp. IX 184, 571 adnectantur) 11 3 ad Leonidam fort. ep. 12 referre malis el. 408, 3 ἄρι-ἄρι, 648, 1 εις Ἀχέροντα, 726, 3 ἠλιάντην; si recte tribuitur Leonidae, et unde ortus sit geminus qui seq. titulus (Λεωνίδου οἱ δὲ Μελεάγρον) et ep. 13 Meleagro vindicandum esse sua sponte apparet 6 cf. VII 167, 5; Kb. 576 ἄρι με γενομένην 8 διὰ πλ. κ.: similiter ἐπι πλατὸν κόμα scripsit Gaetulicus, Leonidae imitator (V 16, 3) 11 ἄγειν δὲ χοροὺς Headlam

12 1 sq. cf. Kb. 242, 4 ἡ ῥ' ἐτόμως 6 μετὰ μούσας ἐθανάτας praefert Finsler p. 49 (ut dativo, non accusativo suffragatur versus ab ipso Finslero allatus IX 571 ἐν Μούσαις δεκάτη) 13 3 distichon in Sappho (praecedente Archelai s. Asclepiadis ep. in Alexandrum, Pr. 279, 3 sq.) exhibet etiam cod. Bodl. Lat. class. d. 5; cf. Journal of Phil. 24, 161, ubi de cod. egit Rob. Ellis, qui me de epp. a se in Bodl. inventis per litteras quoque benignissime certiore fecit; epigrammati VII 15 praemissus in B. titulus "Ἐπίγραμμα εις Πέργαμον Ἀλίας περί Σαπφῶς" (cf. Doni Inscr. p. 336 'Pergami Asiae'), Graecis verbis (αἰδῶν praebet Bodl. cum M₂, θηλειῶν cum Cyr.) superposita est interpretatio Latina 'nomen mihi sappho tantū autem prestan-

tior sum (δ' *υπερσχορον* B.) cantilenis mulieribus viris quantum meonides (*ομαιωνιδος* B.) 14-13 sq. imitatur Laurea Tarentinum: cf. *πάντας ἐπ' ἡέλλους* 715, 6 15 5 *εἰ δὴεις* 'si nosti' Reiske 6 *ἔξοχον ὄν* Headlam 7 cf. eiusdem Antipatri 369, 3 *κεῖται δ' ἀμφήριστος* 16 1 ἢ *τὸ γεῶδες (ἄχθος)* Reiske; post VII 19, 3 duos versus intercedisse putat Geffcken 2 affert G. *δουλοσύνας ἄχθος ἀπωσάμενος* (VI 306, 10); cf. etiam Kb. 710, 2 3 sqq. (adn.) scrib. 'c. 22, 28' et 'Pl^a c. 25, 28' 17 7 *ἄλλ' ὁ πρόπας σε (αἰών)* Blaydes 9 propter initium simile epp. 22 et 708 a Simia Dioscoridem pendere non contentas, nedum hexastichon in Soph. Dioscorideae in poetas epigrammatum syllogae vindicet (adn.) l. 8 ab ima ser. 'cf. ad l. 2' 18 1 Simiam imitator Hegesippus (320, 1 *ὄξειται πάντη - ἀκάνθαι*) 1 (adn.) ser. '*πεταλὸν* Reiske (Br.)' 19 8 cf. Reitzenstein p. 167 26 7 Dioscoridae versus 31, 9 conferendus est cum Theocriteo (XVI 30) *ἄφρα καὶ εἰν Ἄδω κεννημένος ἐσθλὸς ἀκούσης* 27 1 sqq. epp. VII 33 et 34 exstant in cod. Gott. Phil. 29, cf. G Meyer p. 9 28 6 confert Geffcken Pind. Isthm. l. 64 (adn.) l. 11 ab ima post 'Mitth. des arch. Inst. in Ath. V 83' adde 'Bergk. p. l. II^a p. 301' 29 5 *ἔροϊτο* Reiske 31 3 ep. VII 38 codex Matrit. 53 (ap. Ir. p. 178) auctoris nomine omissio vitiose sic tradit: *θεῖος Ἄρ. ὅπ' ἐμοὶ νέκως, εἰ τινα κεύθει Κωμικῶ ἀρχαῖς μνήμα χοροστασίας* 3 sq. (adn.) adde 'infra litt. μ C adpinxit ὦ' 9 (adn.) ser. 'Ran. 953, 1004' 32 7 sqq. exstant epp. 41 et 42 ap. Ir. p. 89, in sylloge Callimachea (codicis Matrit. 24), quae haec epp. continet: VII 41, 42, 525; 518; 78, 5 sq.; 80; 453, 538 (s. Pl. c. 20^a 1 sq., cf. p. LXIV not.); 271, 272; 459, 729 (Plan. 11^b 12 sq.); 522; 519; 447; 520; IX 565 sq., 336; XI 275; VII 451; 521; 317; 517; 460; V 5. In hac igitur sylloge desunt Callimachi epp. Palatina ea, quae in Planudea vel omittuntur vel alio atque Callimachi nomine inscribuntur. (Praeter VII 558, 729 accessit ep. a Call. alienum VII 78, in Callimachi discipulum, Erat. Cyrenaeum compositum; ep., quod Callimacho tam a Planude quam in Pal. tribuitur, VII 524 sylloge Matrit. non recepit; at ep. 89 inter epp. *εἰς φιλοσόφους*, 471 inter Platonica cod. exhibet.) Si VII 41 sq. recte tribuuntur Diodoro, epigrammatis 38-42 fragmentum servatur sylloges Diodoreae, auctum Antipatri in Aeschylum tetrasticho (39), quod Diodoreo in eundem accessit 10 cf. Dilthey Cyd. p. 15 33 2 *ἀμφὶ καὶ ἄθανάτ.* Meineke 5 sq. v. Rohde Gr. Rom. p. 87 36 2 de ignis vi expiante et consecrante cf. Rohde Ps.² I 31, II 101 5 *καὶ γόος* ante FG. Schm. ci. Emperius; *κόνης?* 8 sq. (adn.) adde 'Ammian. Marcell. 27, 4, 8' 38 3 *γυναικὸς οἴστρος* 'pazzo amore per una donna' Piccolomini 39 4-5 (adn.) post 'Paus. IX 38, 9' adde: *τοῦτον δὲ τοῦ*

Χερσίον καὶ ἐπιγράμμα οἱ Ὀρχομένιοι τὸ ἐπὶ τῷ Ἡαῖδον τάφῳ μνημονεύσαν'; cf. quae de ep. VII 54 eiusque auctore disserit Wendling De peplo Ar. p. 52 sqq. 40 3 ep. 55 invenitur ap. Ir. etiam p. 95 in sylloge Simonidea, quae exhibet tamquam *Σιμωνίδου ἐπιγράμματα* haec: V 160; VII 302, 346 (in Pl^a hoc Luciani? ep. nullo intercedente lemme Simonideo 302 adnectitur), 254, 258, 344, 344^b, 512; XVI 26; VII 301, 348 sq., 510, 513, 515, 20, 22 (v. p. XLV), 24, 26, 300; IX 757, XVI 84 sq., IX 758, VI 52, V 158; XVI 2 sq., 60, 204, 232; IX 147, 683; VII 516, 270, 55 (etai ep. Alcaei est apud Plan. ut in P), 442; interpositis alienis epp. (747, X 108, IX 327, 394, X 61, VII 125) ultimum syll. Simonidea praebet ep. XVI 82; epp. VII 251, 253 exstare in syll. Alcaei ne mireris, v. cap. 5^a 18-23 41 2 cf. X 124 42 9 de formis *Φερσεφ.* et *Περσ.* cf. Finsler p. 46 43 1 (adn.) post 'Sternb.' adde 'qui Socraticum post Platonem obisse e Platonis vita West. p. 387 colligit, at cf. Susem. I p. 181' 45 3 auctor ep. 63 (nec Diodorus nec Iulianus aut, cui Weigand dist. trib., Diogenes) utitur verbis Antip. Th. 530, 1 *νεκροστόλε δέξο με πορθητῶ* (adn.) l. 10 ab ima scrib. 'VII 165. 426' 46 11 sq. versus Leonideos imitari vid. Zonas VII 365 48 11 *γυῶν:* cf. VII 377, 4 (adn.) l. 2 scrib. 'θρς' l. 8 ab ima '7 ἰοῦ' l. 3 ab ima 'supplevit man. similis ei, quae' 50 4 cf. Rubens. Griech. Epigr. p. 95, 3; 101, 1 51 1 cf. Rub. Gr. Ep. p. 184 (p. 3. 17. 61 et quae ad ep. versiones notavit p. 74. 90. 136, praef. 274) 11 *στενὸν ἤσθον* Wachsmuth, *ἀπὸ ἡρ.* Rub. (cf. Kb. 214, 1) 52 1 cf. 701, 5 (Diod.) claus. *ἢ γὰρ ἐφύκει* 53 (adn.) l. 19 ab ima scrib. 'epp. 27' 54 5 ep. 77 est in ap. Buh. p. 131 (n. 4) 7 *ζῶντ'*: cf. Junghahn Quaest. Sim. p. 17 9 ser. 'A. Pl' 9 sq. (adn.) scrib. 'eiusdem vid. etiam ep. 716'; ordinem epigrammatum 78 sq. et 461 sq. sic congruisse, ut utroque loco Dionysii epigramma Meleagreo praecederet, olim putabam 55 ep. 78, 5 *ἄγαλόν* cod. Mat. ap. Ir. 89 (cf. ad 32 7 sqq.) 10 *βλάξ γ' ἄργει (ποτίων)* Unger 56 3 ep. 80 est ap. Ir. 89 (inter Callimachea) 58 5 de auctore ep. 82 cf. p. LIX 8 epp. 83. 84. 86. 90. 615-619 a Lobone Argivo condita esse, non tantum ex eius libro *περὶ ποιητῶν* (cf. Diog. I 112) in Diogenis Vitas transisse duce Bergkio (et Schnoide-wino) censet Benndorf (p. 34) comprobatur coniecturam Pr. (cf. Bgk. p. l. II^a 285) 60 2 (adn.) de lemmatistae notula v. Suid. s. v. *Θαλῆς* 7 ep. 86 exstat in ap. Buh. p. 131 (n. 9) conversum in hanc formam: *τῆρ Μ. ἔδινον πάνσανθ' ἕβρον (!) - κλειτῆ ἔχει Σαλαμῆς*; affertur autem ep. extra ordinem Pal. in ap. ubi praemissis epp. 82, 131 sq. (n. 6-8) subiciuntur epp. 86, 144 62 1 (*ἤμωσ'*) *ἐφησθεῖς* Jac., *λανθῆεις* Lehre 3 (adn.) ep. 89 ex edd. Planudeis Callimacho tribuit demum Pl^a 6 scrib. *Μουτιληναίων* 6 (adn.) post 'Thr. p. 26, 3' adde 'O. Schneid. Callim. I p. 404' 63 1 *εἴ? ἄγε* Blaydes 7 *φῆσε* proponit repudiat.

que O. Schn. 8 cf. XVI 243, 4 *χώραι τὴν κατὰ σαυτὸν ὁδὸν* (Antistii) 64 6 *ἤγαγεν Ἐρηός*: cf. Rohde Ps. 388, 8 *ἄρτι* iam Korsch proposuit 68 paginae inscriptioni adde 'Plan. I. III^a c. 28, III^b c. 26' 1 (adn.) scrib. 'Platoni tr. Diogene teste auctor libelli *περὶ καλαιῶς τροφῆς* (cf. ad ep. 669)'. Turbatus videtur ordo epp. apud Diog. III 29—32 et sic restituendus: praemittuntur verba *δηλοῦν δὲ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ τάδε τὰ ἐπιγράμματα, ἃ καὶ πρὸς αὐτοῦ γενέσθαι εἰς αὐτὸς* (sequuntur epp. 669 sq., 99 in Astera et in Dionem) — *ἐπὶ τῷ τάφῳ* (III 30); iam continuanda puto verba *ἔχειν τε Ἀρχαίουρασσαν, εἰς ἣν καὶ αὐτὴν οὕτω ποιῆσαι* et epp. 217, V 77—79; his demum subiungenda, quae inter τάφῳ et ἔχειν interposita sunt, ἀλλὰ καὶ Ἀλέξιδος, φασὶν, ἔρασθεις καὶ Φειδρον τοῦτον ἐποίησε τὸν τρόπον cum ep. VII 100 (post ἀπωλέσασμεν pergīt verbis φασὶ δὲ καὶ τὸ εἰς τοὺς Ἐρετριεὺς αὐτοῦ εἶναι III 33). Diogenes igitur septem epigrammata (VII 669, 670, 99, 217; V 77—79) ut Platonis se ex Ps.-Aristippo (*Ἀριστιππὸς φησὶ δηλοῦν — ἔχειν τε*) sumpsisse testatur; unum, si ipsius verba spectamus (φασὶν), ep. in Alexim VII 100 Laertio aliunde, certe non ex uno Ps.-Aristippo notum erat; verum hoc ep. una cum illis septem a scriptore libelli *περὶ καλαιῶς τροφῆς* exhibitum fuisse non negarim 69 (adn.) I 6 scrib. '(sed) ab hoc (Dioscoride) auctor ep. 100 pendere vid. Reitzensteinio, qui ep. in Alexim Ps.-Platonicum e Dioscorideo (V 55) expressum omniaque ab Aristippo Platoni tributa post Dioscoridem scripta esse censet'; et quoniam unum certe, ep. in Archeanassam, iniuria ab auctore libelli *περὶ καλ. τρο.* Platoni vindicatur, sane de huius testis fide, quatenus Platonica profert, addubitari convenit; itaque et eorum sententia, qui epigrammata quae Platonis nomine feruntur omnia pro adulterinis habent, et Reitzensteinii opinio de imitatione Ps.-Platonica epigrammatum Dioscoridis et Asclepiadis, licet multis mirae ac perversae videantur, certis tamen argumentis refelli nequeunt (cet. cf. Wilamow. Antigon. Car. p. 48) 3 *ῥῆν ὄτε* 'μηδὲν Ἀλέξιδος' ὅσον μόνον εἰπά τε 'καλός' proponit Wilamow. 70 1 *ὄτ' ἄρ' ἀθρυμῶν*: cf. 620, 3 (Diog.) καὶ γὰρ ἀθρυμῶν (adn.) I 7 ab ima scrib. 'erasus vid. num. 6' 73 1 (adn.) *χαλιῆν* Hesych. M.: libellum Pseudo-Hesychii *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμφάντων σοφῶν* a me dici monere vix opus; scripturam *χαλιῆν*, quam 'miro errore' ortam Flachius iudicat, a Ps.-Hesychio apparet sumptam esse e Laertianis, quae praecedunt, X 15 *ἐμβάντα αὐτὸν εἰς πύελον χαλιῆν*. Subditivum libellum neglegendum fere putabam in adnotatione; exstant autem, si cuius ea referri intererit, apud Ps.-Hesych. praeter ep. 128 (ad quod libelli mentionem feci) duo Laertiana haec: VII 106 (Fl. 21, 19), 115 (Fl. 8, 3) et epigrammatis in Philistionem 155 versus duo priores sumpti e Suida (Fl. 54, 3) 74 8 *δαπέδῳ*

